

IACOBI LATOMI

CONFUTATIONVM ADVER- SVS GVLIELMV M TINDALVM LIBRI TRES.

IACOBVS LATOMVS LIVINO CRVCIO SVO
S. P. D.

CVM ob Lutheranam heresim Guilelmus Tindalus in vinculis haberetur, librum scriptis super hanc assertione, soli fides iustificat apud Deum: In quo quidem libro omne bonorum operum merita tollere conabatur: nam pro fundamento, & clavis (sic enim appellabatur) intellegentes & salutares sacrae scripture hanc sibi propositionem sumebat. Deus nobis omnia gratis donat per Christam, nullo habito interum respectu operum. Cuius nos occasione tres libros scripsimus. Quorum primo predictam dilectionem sustulimus, inque eius locum aliam substituimus, Paulum apostolum secuti: E cuius epistolis, aliisque scripturis demonstravimus, quemadmodum in fidibus gratia prius iustificatis, locum habeant bonorum operum merita, quibus operibus iusti proficiendo merentur coronam gloriae a iusto indice reddendam. Hunc nostrum rectenso tametsi Tindalus non haberet quod cum ratione opponeret, maluit tamen videri responderet, quam suum errorem agnoscere. Itaque scriptis & secundum librum plenum de predicta assertione, alij; precipuis, ac proximodiu omnibus articulis, in quibus sane ecclesiæ doctrinæ contradicit Lutheram suam sententiam explicans. Vnde nobis necessarium fuit eius exemplis ac rationibus, quibus suam assertiōnem astrinxit, secundo libro respondere. In quo (ni fallor) non obscurus eius fundamenta subvertimus, ostendentes sententie illius absurditatem. His dubibus accessit tertius, in quo de singulis ferè quid senticendum esset, brevi, & claro sermone perscruximus. Hoc enim postulabat Tindalus, ut quid sentiremus non modo audire, sed legere etiam pessimi: cui noluiimus quicquam negare: Tametsi enim metueremus illi nihil profuturus, sperabur tamen alios uitilatem aliquam ex ea re esse percepturus. Hinc qual mea que nostram laborem tibi mitimus. Vale Louany.
secundo Idus Junij 1542.

A I A C O B I L A T O M I

CONFV TATIONVM ADVERS VS G V I L I E L M V M T I N D A lum liber primus.



VT petitio tuę Tindale (quatenus dabit dominus) satisfaciamus, qua postulas vt declarationi, ac probationi, primæ assertio[n]is tua[rum]. Quia solam fidem apud Deum iustificare affirmas, scripto respondeamus, videmur ad perspicuitatem disputatio[n]is, & ad breuitatem operæ preciū facturi, si prius ea exposuerimus in quibus concordamus, vt ea sola relinquantur discutienda, de quibus inter nos est con-

Quod gratis
per Christum
iustificamus.

trouersia. Igitur quantum arbitror in his concordamus, quod tota scriptura diuinus inspirata, & quelibet eius pars vera est, ut pote diuinus revelata. Secundo concordamus & in ito, quod predestinatione, electio, vocatio, & iustificatio, qua ex iniuste-

Bhunt iusti, ex impijs hunt pii, & ex peccatoribus innocentes, & generaliter cuiuslibet peccati remissio fit tam quantu[m] ad culpam & maculam, q[uod] quantum ad aterni poenitentia reatum mere gratis hunt, nec aliquo modo sub humanum meritum cadunt. Tertio in hoc conuenimus, quod gratia qua datur dignè recipientibus baptismi vel penitentia sacramenta, non cadit sub humanum meritum, sed merè gratis datur à Deo per Christum, ex merito passus eius. Id quod evidenter apparet in parvulis, qui aut hodie baptizantur, aut olim circumcidabantur, qui cùm careant v[er]bi rationis, manifestum est quod nullo modo cooperatur Deo, eos lauacro regenerationis sanctificant.

Quarto quantu[m] ad adultos, in hoc concordamus, quos fides non iustificat eos, nisi ea agnoscant peccatum, & fateantur legem esse iustum, & authorem eius esse iustum, ac se[nti]c[u]re & sua peccata condemnantes, timore commoti, fugiant ad asylum sanguinis Christi, ut gratis à Deo accipiant non modo misericordiam, & remissionem peccatorum, sed etiam spiritum gratiae & vires, quibus implent legem &c. Quinto quod falsum

Pessimam vitam
non concordamus
cum optimam
de Quare sit fides
iustificans.

C sit dogma, eorum, qui aferunt pelsenam vitam posse confistere cum optima fide, sive fides accipiat profutia, sive pro spe, vel certa expectatione à Deo promissi boni

Sexto etiam in hoc non dissentimus quod dicas fidem iustificantem esse non quamlibet, sed eam qua per dilectionem operatur, quodque ea non sit solitaria in mente hominis iustificans, sive credentis, sed quod habeat comites antecedentes, & sequentes: Antecedentes quidem, timorem Dei & contritionem, & dolorem de peccatis, cui adderelicit & spem de venia, & pedissequas, toleratiam, mansuetudinem compasione, & ceteros fructus spiritus Christi. Neque iam illud virgine statuimus, quod fidem videaris a teponere charitati, cùm charitas sit forma, & tanquam vita fidei, ut dicat Apostolus excellētiorem viam esse charitatis, quā fidei, quodque fides, spes, charitas, tria h[ab]ent manēat & maior horum sit charitas. Hoc igitur omisso, vel in aliud tempus dilato, in hoc cōcordamus, q[uod] fides nō iustificat solitaria, secluso cōstatu alterius virtutum.

Quoniam in
religati apolo-
stolis quid
atque operibus
fides iustificat.

D Septimo in hoc concordamus, quod Apostolus dicens ho[mo]inem fide iustificans or[itur] ex lege, ad Romanos, & ad Galatas, & vbiunque hoc dicit, non intelligit illud solum e lege scripta, propria populo ludorum, hoc est, de cāremorialibus, & iudicialibus, sed etiam de legibus moralibus, quae non habebant vim obligandi solidū ex lege Moysi, sed ex lege naturae sive scripto, quodq[ue] taliū legum beneficio cognoscatur e[st] id quid esset recte factū, quid esset peccatum, sed talis cognitio nō sufficiebat sine gratia & spiritu Christi ad implendā legem; que quidem gratia & iuritus per Christū dantur cuicunq[ue], dantur. Hac sunt ferē in quib[us] nō discordamus. Expositis breuiter, quib[us] in rebus consensimus. Cōsequenter videtur ēst que sint illa in quibus discedimus. Et primo quidē nō cōvenit internos de clave scientia salutaris ipsius scripturæ q[uod] tu ponis istam, videlicet q[uod] sola fides de misericordia Dei per lesum Christū per gratiam Christi, & opera C[on]f[ess]i absque oī respectu cuiusvis meriti aut bonitatis operū nostrorū iustificat in cōspectu dei, quam sententiam Ixpe repetis

De clavis
scripturæ
Tiolda.

Hh iii. In quo

JACOBI LATOMI

In quo quia tollis omne meritum vita eterna à quibuslibet scilicet preterquam ab uno A Christo, ideo à te differtur. Boni deit es cunctis, si in hac re scripture & Apofolio Paulo potius credimus quam tibi: Proponit enim Paulus aliam clauem scripture & eius scientie salutaris, maximè quantum ad intelligenteriam legis & prophetarum nempe conuersacionem ad dominum. Sic enim habet et. 2. ad Corinthios cap. 3. Vnde in hodiernum diem id ipsum velamen est positum super cor eorum, cum autem conuersus fuerit ad Deum austeretur velamen. Idem. 2. ad Timotheum cap. 3. Tu vero permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infancia sacras literas nostri, quæ te posunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo lefus: In his duobus locis clare tradit Paulus quod fides Christi clavis sit scientie salutaris, legis & prophetarum, fides (inquit) non huius aut illius articuli, scilicet catholicæ & orthodoxæ, iuxta & integra, multo ergo minus aliquam particularis fides de aliquo, quod sic contrariu scriptura, vel alicui parti eius. Cuiusmodi est ista clavis tua quatum ad illam partem attinet, in qua omne meritum iustorum negares, respectu vi- B ta eternæ, preterquam Christi solius, ut infra patet: Vbi Christo proprio ostendemus hanc sententiam pertinere ad infidelitatem, que quidem infidelitas iuxta doctrinam eiusdem Apostoli mentem cludit, i.e. videat gloriam Christi. Dicit enim. 2. ad Corinthios. 4. Quod si etiam opertum est Euangeliu nostru m, in his qui perirent operum est, in quibus Deus Iesus seculus ex ea causa cauit mei testimoniū, ut non fulgeat illuminatio Euangeliū gloria Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Undecimmo vero capitulo non reprehenduntur legiferi, cui haec tuam, quam modo falsam ostendimus, clavem abstulerunt. Sed quod verum intellectum legis & prophetarum falsis traditionibus & à se & ab alijs abiulerint, quo intellectu legis & prophetarum, tanquam clave quadam ad scientiam, & agnitionem Christi iam presentis, & ipsi peruenire, & alios pertrahere debuerint. Erat enim lex, & propheta quasi clavis quædam ad intelligendum mysterium redemptoris natus causa, unde & lex predicens ad Christum ducens dicta est. At gentiles, & obstinati iudei legem non intelligentes, contrario modo C fidei in Christianū prius accepta peruenient ad intelligentiam & legis & prophetarum: declarat enim figura & figuratur se in utro. Signatur (viscribitur) desiderans instrui, oportet ut queras causa sollicitudine veritatis, ut in legendis scripturis non tam queras quō tua stabilitas, & aliena resfas, quā quē id quod est legis intelligas, quod nondū te facere perficiat qui tua scripta diligenter attendit: Veritas gratia, aliquid accipis de i. cap. Epist. Pau. ad Rom. Deinde clavis oculis transiliat ad cap. 3. prætermisso cap. 2. vbi habentur que te à tua sententia poterant revocare: Iei nū aperte loquitur Paulus de bonis operibus & malis, & quid utrīque redditus vbi Deus in die iudicij. Qui reddet (inquit) vniuersique secundum opera eius, pīs quādem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem in quæribus vitam aternam, & cetera, que longū est apponere. Item subiungit aliud ex epist. Pauli ad Corin. quod pro tuo dogmate facere arbitraris, scilicet cap. 8. 8. & 9. prætermisso: Vbi instat Paulus & n.iris D modis agit ut inducat Corinthios ad liberalitatem in pauperes sanctos, vbi inter alia de premio huius operis dicit. Qui seminat parce, parce & metet: & qui seminat in le nedictionibus, de benedictionibus & metet: Vnusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate: Hilarem enim datorum diligit Deus, & ea quæ sequuntur: vbi ostédit vbi erē esse retributionē & meritū coram Deo, eiusmodi liberalis donationis. Item cum ea quæ placuerunt postulat ex epistola ad Galatas, noluisse considerare quæ in eadem epistola dicuntur de mercede communicationis honorum: Communiceat autem (inquit) qui catechizatur verbo, quæ se catechizat in omnibus bonis: nolite errare, Deus nō irridetur, quæ enim seminauerit hō, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu de spiritu & metet vitam eternam. Omittit exponere, quid sit hoc loco seminar & metere. Vix enim reperit rerū sacrarū tārudis, quinō seminar, metere vero, pro me- rito

Quæ sit clavis
scientie regis
& prophetarum

Negare iusti-
tiam eterna-
rem ad iudeis-
tatem.

Demercede
bonorum op-
rum spudicū

Arito recipere, dictum accipiat: bonum autem, inquit, facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficiente. Similiter facis & in alijs scripturis, vt in epistola ad Hebrgos que te potuit instruere, non solum de fide, sed etiam de operibus & eorum mercede nam cap. 6. non iniustus, inquit, est Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendit in nomine ipsius, qui ministrauit sanctis, & ministrit. Et capite decimo post alia concludit, nolite itaque amittere confidentiam vestram que magnam habet remunerationem: & cap. ii. de Moyse. Fide Moyles grandis factus, negauit se esse filium filia Pharaonis & cetera, vixque ibi apertebat enim in remunerationem: Et ex euangelio Math. cum mentionem fecisset beatitudinum, quae gratis donantur a spiritu, illud omisisti adiungere. Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis, quia hoc non seruiebat tuo dogmati. Et infra. In eodem sermone manifeste docet Christus, quod merces eleemosinae, orationis, & ieiunij redditus a patre cœlesti, si recte hiant eiusmodi di opera, eo modo & sine quam

Bprescribit Christus, quod omisisti confuderare. Ex his paucis, vt alia sine numero omittantur, constare potest, quod si qualueris causa sollicitudine veritatem, accipies certam doctrinam, non solum de fide quod ipsa iustificat, sed etiam de operibus, quod merentur apud Deum, quando hunc ab hominibus iam gratis iustificatis, & sanctificatis. Cum enim hac à Paulo & Mathao dicta de operibus tam sint aperta, vt in illis nullum posset esse dubium, oportet fidem iustificantem in Paulo ita intelligere, vt non præiudicet operibus factis ex fide per dilectionem operante quantum ad vim merendi attinet. Probat siquidem Apostolus in epistola ad Romanos, rationibus efficacibus & scripturae testimonis, nulla opera aut naturæ aut legis iustificatione meruisse, id quoque Iudeos & gentiles, quod ad eam rem attinet, pareat, illosque de lege, hos de natura frustra gloriari, quum utriusque diuinæ gratiae debeat salutem evangelicam, & utriusque pari iure modoque Abrahæ, id est, pronuntiationis filii facti sunt, dum Deus qui Abrahæ filios promisit, ex utrisque credentes collegit, quorum Abra

Cham pater esset, utrisque gratis fidem donans, utrumque corda fide purificans: vt nemo primam gratiam qua creditur & remissionem peccatorum adeptus esset, nisi quis modis reddidit pro suo opere sive legis sive naturæ arbitretur, sed obstruatur omnibus os, & omnis mundus subditus Deo fiat, qui omnes conclusit sub peccato, vt misericordia Dei donum esse appareat indebitum, largientis, non humanæ iustitiae hoc promerentis, nec diuinæ iustitiae pro merito mercedem reddentis. Omnis igitur apostolica disputatio pro fide & gratia aduersus opera iustificationem præcedentia dirigitur, non aduersus sequentia.

Item in eo discor damus quia non ponis differentiam inter opera quæ primam iustificationem antecedunt, & ea quæ illam sequuntur, quantum pertinet ad vim & efficaciam merendi apud Deum, nos autem inter illa distinguimus, sicut cogit scriptura inter illa opera discrimen ponere: Opera præcedentia non merentur iustificationem, opera vero sequentia merentur beatitudinem: Voca (inquit) operarios & reddet illis mercedem: vtique hoc dicit de iam iustificatis, qui per gratiam accipere virtutem operandi, vt essent digni mercede: Item Dominus seruus suis tradidit pecuniam suam, alijs quinq; talenta, alijs duo, alijs vnum, & eos qui superlucrati sunt & auxerunt pecuniam Domini sui, Dominus remunerat, & seruum pigrum, qui non posuit pecuniam Domini sui ad utilitatem, reprehendit & damnat: Hæc aperte dicit Christus, & audet contradictione qui vult dici & haberi Christianus.

Itē in eo discrete lumen suis operibus corā Deo facti mēta.
pan⁹, quod dicit homini iustificato per fidem, nihil accedere p opera sequētia, eo quod opera solū declarat interiorē existentē bonitatē sed illānō augēt: quod p̄bas per simile, quia fructus declarat arborē, sed nō facit eā bonā vel malā, per hoc studes concordare Pan. & Iaco. q̄ ille loquatur de iustificatione interna corā Deo, Hic vero de externa coram proximis: Propter hoc dicens quod Abrahā non fuit iustificatus per

Hh iiij obediens

Discrimētū
ter opera iusti-
ficationē præ-
cedentia at ea
que iustifica-
tionē sequan-
tur.

JACOBI LATOMI

obedientiam se circumcidédo, & infers, ergo nec per obedientiam in offerendo Isaac A erat iustificatus apud Deum. Nos autem dicimus quod tam interna fide quam operibus externis ex fide precedentibus Abraham fit coram Deo iustificatus, vt pote qui factus fit primo ex non iusto iustus per fidem, deinde ex iusto iustior per opera sequentia. Quod autem sit iustificatus per obedientiam in offerendo filium, habes textum Genesis 22. vbi habetur, Per memet ipsum iurauit dicit dominus quia fecisti rem hanc & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi &c, vsque ibi, Quia obedisti voci meæ. Ecce ipsis Abraham accepit reprobationes, addito etiam iumento ad significandam immobilitatem divini decreti, quia obediuit voci Dei iubentis illi filium suum offerri, quo argumento haud dubie refellitur distinctio de iustificatione interna apud Deum, & externa apud proximos: quia hoc opus obedientia etiam coram deo Abraham iustificauit. Jam similitudo illa arboris & fructus virtuti internæ atq; opere eius non quadrat. Corporalis enim arborum animaliumque pars, parentem deibilitatem, quantoq; magis multiplicatur, tanto amplius exhaust vires parentis sive pro-B ducentis: secus est in parte mentis: quippe qui adeo parentem non debilitat, ut magis etiam vegeter, ac corroboret: Vt videre licet in scientijs, in artibus, in prudentia, in sapientia, qua proprijs ipsarum operationibus confirmantur, radicantur, augentur. Vnde in talibus magis congruit similitudo fontis, qui sine sui detimento riuum fluuium, vel stagnum producit: Vnde Joannis 4. de aqua gratia quam dat Christus, dicitur, het in eo sors aquæ salientis in vitam æternam: & cæt. Eiusdem 7. cap. de spiritu sancto quem accepti erant credentes, allegatur scriptura dicens, Fluminis de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Item in hoc disidemus, quod dicis ideo nos nihil mereri à Deo quia ipse nostris operibus non indigeat, & nihil ei utilitatis adferant: Sed eius dona sunt, omnisque illorum utilitas ad nos revertatur. Nam nos quidem dicimus, quod licet Deus bonorum nostrorum non egeat, & omne bonum quod habemus aut facimus, ab illo habemus, & nobis, non illi profit, tamen quod illo iubente, aut consulente, propter eius amoris nostra spöte & libere facim⁹, remunerare decrevit, nō aliter quā si nostris operibus eguisset atque utilitatem inde accepisset. Quemadmodum opera misericordie proximis impensa tanti facit, atque si sibi egenti suissent exhibita sicut habetur Mat. 25. Quod vni ex minimis meis fecisti: mihi fecisti in quibus iudex Christus se paſtū, vestitū, collectū, & visitatum facetur, propterea dices. Venite benedicti &c. Et apud Mathæu 10. Qui recipit (inquit) iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, & qui prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Nōne in his & huiusmodi manifestè declaratur voluntaria super retributione futura in æterna vita: idque tam aperte, tot modis, vt nullus relinquit loc⁹ tergiuersationi, & tanquam nihil de care script⁹ sit, dici, deum oia donare gratis ppter Christū, hoc sensu, quasi nihil diuinitus electis det ob merita præcedentia, putas ad iniuriam Dei, ad ingratitudinem hominis pertinere, si id sibi D reddi postulet pro benefactis. Ad quod confirmandum dum valere dicas formiam orandi quā habetur in scriptura, vbi orantes non allegant sua merita, sed dicunt Deo propter bonitatem tuam, propter misericordiam, propter nomen, propter verbum tuum: non attendis, quod eadem scriptura testetur, quod Deus benefacit Isaac, & Iacob propter Abraham, & quod Moyses in oratione allegat seruos Dei Abram, Isaac & Iacob dum pro populo intercedit, & quartus liber Regum cap. 20. testatur, quod Dominus pepercit, custodiuist, ac liberavit ciuitatem Hierusalem & regem Ezechias propter David seruum suum. Sed & ipse Ezechias in oratione propria allegat apud Deum sua merita priora, sicut videre licet apud Isaïam capit. 38. nec est difficile ex psalmis colligere orationes vbi David allegat lenesfacta sua vt Psalmo 7.15.18. vbi allegat

Alegat in nocentiā suā, amorem inimicorū: & quod fecerit iudiciū & iusticiā: quodque cor suum inclinaverit ad mandata Dei propter retril utiōnem. Certe beatus Petrus confidenter loquitur. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Nec ignota est responsio Domini Math. 19. & Marci. 10. An aquum putas, vt hæc omnia scriptura testimonia, & alia sine numero cedant similitudini quam addū, cis de medico & agroto bibente potionem amaram, qui propterea nihil meretur de medico, quod illa potio sit fumentū utilis, non medico danti: Et vis esse simile de Deo & homine Dei mandata vel consilia faciente, quia scilicet homini prodest mandatorum Dei custodia, nō Deo: Non enim recte diffinis quid sit mereri ab aliquo, vel apud aliquem, per aliquid opus vel factum: Non solum enim meretur retributionem aliquem vel mercedem sive præmium, qui facit aliquid quod credit in utilitatem præmium dantis, sed etiam qui facit illius voluntatem vel beneplacitum: Redi ad similitudinem de medico, si rex medicus qui statuit in regno suo, quod quicunque egrotus

But filio suo vngenerite acqueruerit. & se ab illo curari promiserit, illum faciet filio suo cohæredem, habebit amicum, & mensē, ac ceterorum honorum participē, quia regi ita statuere vñsum est, & ita placet. Itē egrotus legi obediens meretur hereditatem, & iure eam petit, non quia finendo se sanari, & voluntarie sumendo medicamina ad sanitatem idonea, regis fecerit utilitatem, sed quia regis fecerit voluntatem, suam interim non negligens utilitatem.

Nisi istud verum esse fatearis non inuenies quomodo Iesu Christi hominis merita (que tu optimo iure prædicas & magnificas sicut debet) defendas: qui venit in hunc mundū ut faceret patris voluntatem, ut adimpleret eius beneplacitum, non ut afficeret patri aliquam utilitatem, patris enim beatitudini nihil decederet si filius neque homo fieret, neque crucem subieret: nec decerat patri aliis modis, quo electos à peccato liberaret, & ad pœnitentiam beatitudinem perduceret, (& hic modus placuit, ut nostra miseria seruanda conuenientior) Et reveranulquam purior, & magis indebita gratia appetat, quam in homine Christo.

Nota similitudinem ut intellegas quomodo apud Deum meritorum.

Csto. In rebus enim per tempus ortis illa summa gratia est, quod homo in unitate personæ coniunctus est Deo (vt inquit Augustinus). i. de trinitate. c. 19. & hoc latè explicat de pœnitentiâ sanctiori li. i. c. 15. Neque enim quicquam meretur, si homo vel potius illa humilitatis anteç esset, ut asserueret à Deo filio in utilitatem personæ. Attende ergo quod sicut summa gratia gratis Christo homini collata cum plenitudine, & nō ad mensuram, nō impeditum qui eius actiones & passiones si erint meritorum imo ideo meritorum quia ex talis & tanta gratia à Christo procedebant. Ita in Christiano per gratiam iustificato, opera sequentia sunt apud Deum meritoria, & tanto amplius quanto maior est gratia ex qua proficitur. Sicut enim Christus est iustus, & iustificans, sapiens & sapientes faciens, sanctus & sanctos faciens, Ita suo merito sivos, merentes facit imperat & obtinens à p. tre suis membris non tantum sanitatem & salutem, sed etiam facultatē & efficaciam, qua Deo in ipsis operanti cooperentur. Nec debet mirū videri, si quos Deus dignatus est diuina natura facere parti-

Vi Christus suo merita meritorum te fecit.

Dcipes, facit etiam participes diuina operationis. Hoc enim in ipsis illustrat gloriam Christi suspensus virtus in alios deriuetur, q̄ si ei soli seruetur. Igitur petitioni tua tandem respondentes dicimus & ingeri: ut fatemur, quod in omnibus bonis ex eo, q̄ gratia Dei preuenit, concitat, & sublequit sine qua gratia nullum bonum opus est in hominē, quod si quis negaverit & putet sibi sufficere ad bene agendum noticiū in agendoru, sive cognitionem legis, aut cum cognitione legis facultatem liberi arbitrii, etiam lib. erit à peccato per solam illius remissionem cum concursu generali (quo Deus ut prima causa efficiens concurrit cum omnibus causis secundis pro sua sapientia, qua attingit à fine fortiter & disponit omnia suaviter (etiam post ad eam remissionem in peccatorum), ille declinat ad infidelitatem & errorem Pelagianorum, quia sicut recte dicit Augu. Neque scientia diuina legis neque natura neque sola re-

missio

JACOBI LATOMI

misiō peccatorum est illa gratia quę per Iesum Christum dominum nostrum datur, sed prater p̄dicta necessaria, necessaria est alia gratia qua sanctur natura, & valeat homo legem implere, ne peccatum ei dominetur. Et hanc alibi nominatim designans, dicit esse inspirationē dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quę proprie gratia est: Hanc gratiam impetrat fides, quę tamen fides ut accipere mereatur, ipsa gratis datur. Ex quibus tamen omnibus non consequitur illud quod adiungit, bona opera non esse meritoria apud Deum alicuius boni in hoc seculo vel futuro redendi, id quod patet ex p̄dictis, sed utrumque simul ingenuè fateri necesse est, & quod sine Dei gratia neque credere Deo, neque quicquam boni operis operari valens, & quod accepta fide, & per fidem impetrata gratia (qua proprie dilectio est), & benē operari possumus, & bonis operibus mercedem vite eterna mereri, quia operet accedēt ad Deū credere quia est, & quod querentibus se renunciator sit.

Nec contra p̄dicta illud Luke. 13. facit, Cūm seceritis omnia quę p̄cepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus: Nam is est illius scriptura: Scopus, ut doceat quod ex conditione servitutis humiliari debeat seruus: nec extollit in superbiam aduersus dominū, quia benē seruendo id solum facit, quod facere ex officio debet, ea nimis ratione quas seruus: cum quo nihilominus consistit, quod bonus dominus benē seruient pro premio constituat benē & liberaliter obitē seruitutis, donationem libertatis aut alicuius alterius boni. Et hanc esse eius loci sententiam ipsa verba convincunt. Similiter Christus hominibus qui ex ratione creationis serui eius sunt, non vtitur tantum ut seruus, sed seruos facit amicos, & filios per adoptionem gratiā, ex qua ius habent ad hæreditatem, quam iure petunt, nam si filii (inquit Apostolus) & hæredes, h̄c redes quidem Dei, coheredes autem Christi. Vnde Iohannis. 15. Jam non dicam vos seruos, sed amicos &c. Et Luke. 22. Vos estis qui māsistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit pater meus mihi regnū, ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo, Nō est serui, ut seruus est, sedere ad mensam domini lui, sed ministrare domino cenant, sicuti habet parabolā de seruo redeunte ex agro: cui subiectitur verbum supra positum, & tamen pater & filius ita disponerūt, ut seruus in filium assumptus fiat & mensa, & regni perticeps. Hic considerandum est, quod qui asserit Deum nihil reddere pro bonis meritis negare videatur Deum esse iustum iudicem, retributorē, vel redditorem mercedis pro bonis operibus, & ita contradicit scriptura: Ezechielis. 18. vbi ostendit Dominus le iuste reddere pro meritis, tam benē operantibus quam male, sicut manifestum est totam capituli sententiam consideranti. Alia praterea testimonia ex lege & prophetis plurima allegari possunt, sed hoc ynum sufficere videtur tam clarum & evidens ut nullū relinquit tergiuersandi locū. Ex abundanti addi potest illud Psalmi. 62. Semel loquutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi misericordia, & reddes vnicuique secundūm opera sua: Iste vero vñ tantum audiuit, puta misericordiam, quātum ad honos, & saluandos, quos negant vlo suo opere mereri vitę Dæternē retributionem, asserentes vitam æternam dari merē gratis, nullo operum habito respectu, neque cuiusquam meriti contemplatione nisi solius Christi: Vnde veterius consequens est, quod ratio iustitiae distributiua locum non habeat in iudicio Dei reddentis pro meritis, nisi erga malos, quos Deus pro malis meritis iuste iudicat & punit: & secundūm hoc illud prophete, tu reddes vnicuique secundūm opera sua, intelligendum esset, & contraher. dum ad opera mala tantum, cūm Apostolus ad vtrāq̄ accommodet ad Romanos. 2: & 2. ad Chorinthios. 5. primē ad Titum. 5. vbi de se & alijs aduentum Domini diligētibus dicit de reliquo, reposita est nihili corona iustitiae &c. & secundūm ad Thessalonicenses. Si tamen iustū est Deū retribuere ijs, qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini &c. Sed dices Deus non potest sua crætūræ debitor constitui, quod probari uidetur ex Isaia, & Paulo ad Romia. ii. Quis prior dedit illi

- A**dit illi & retribuetur ei, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, creatura non habet iuste quod conqueratur de Deo, si non retribuat mercedem bonis operibus. Non impedit
dilectionem
quod Deus
nobis debitor
fieri nequeat
illii prodebet
coupollimus. Fateor quod Deus nulli est debitor nisi sibi, immo & in his quae promisit & iuravit, significans suę ordinationis immobilitatem, non creature, sed sibi esset iniurius, si promissa non seruaret: Ex quo tamen non sequitur, creaturam apud Deum nihil mereari. Creaturam dico gratis iustificatā, super naturę potentiam & virtutem dono Dei elevataū, & vt Petrus ait factam diuinę nature confortem, & vt Euangelista Ioannes dicit, cui data est potestas filiū Dei fieri: Hoc enim habet diuinę sapientię ratio, secundum quā placuit sic ordinare, vt quibus hęc pretiosa dona gratis donauit, eisdem propter bona opera ex gratia & libero arbitrio pr̄cedētia redderet premium, & mercedem, quam quidem ordinationem suam per prophetas, per Apostolos, & per vniuersitatem filium nobis notam fecit in scripturis sanctis. Et quis est qui dicat ei, cur ita fecerit, aut quis consiliarius eius, fuit qui non hoc, sed diuersum potius aliquid dicat?
- B**eo placere debuisse? Nonne aperte sunt & clarae promissiones, attestations, & iuramenta diuina in quibus hoc vel illud facient, aut quia hoc vel illud fecerit vita, gloria, corona promittuntur? Similiter respondetur ad istud, nostrum opus non est utile Deo, sed nobis vel proximo prodest, ergo nostro opere bono non meremur à Deo premium, mercedem, vel coronam, non enim bona est illatio, quia Deus hanc legem fecit, non querens suam sed nostram utilitatem, suam vero gloriam tantum: quam gloriam dum etiam nos bene operando querimus, cum Dei voluntate concordamus & præmium & mercedem meremur: quam Deus reddet, non tantū secundum suam bonitatem, liberalitatem, magnificentiam, & misericordiam, sed & secundum suam iustitiam, iustitiam dico, non tantummodo agendo sicut ipius bonitati condecet: sed etiam pro meritis retribuendo, bona bonus, & digna dignis, iuxta illud Apocalipseos 14.: Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt: Et Lucas. 20. Qui digni habebuntur seculo, illo & resurrectione ex mortuis &c. Et Christus dicit: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, ex quo econtrario concluditur, quod qui Christum omnibus anteponit, sit Christo dignus: Sed neque hoc falso quis neget, nos Deo non esse utiles bene operando, quia licet honorum nostrorum non egeat, & ita non sumus Deo utiles utilitate suppleente eius egestaté de qua superius locuti sumus, & quæ proprię utilitas est, tamen ipsi Deo vt vniuersi rectori utiliter feruunt boni, quoru ministerio atque opera, Deus electos suos perducit ad salutē, & ita utilitas electorum eius utilitas reputatur: Boni enim sunt vasa electa, quomodo scriptura de Paulo dicit. Vas electionis est mihi vt portet nomen meum &c. De quo amplius libro sequenti

REFVTATIONVM

ADVERSVS GVL. TINDALVM LIBER SECUNDVS.

De claus scientie salutaris.

NON in eo peccas Tindale quod dicas fidem esse clavem intelligentie salutaris scripturarum, sed in eo, quod fidem huius obiecti, sive huius propositionis, Deus pater omnia dat ita gratis per Christum, ut nullius operis, respectu, sive propter nullum opus internum vel externum quicquam det, (hoc sensu, quasi nullum penitus sit meritum hominis erga Deum, sed quam gratis & sine omni causa ex parte hominis predestinat, eligit, adoptat, tam gratias beatificet, coronet, & renunciet). qui sensus a fide catholica est alienus, pertinens ad infidelitatem, & contra scripturam multis locis contrarium afferentem. Ad hanc propositionem labiliendum omnibus quae prolixè congeris & inclicas, toto libro applicas, nec ullam vis esse differentiam, quo ad darin me gratis, inter gratiam iustificantem, & gloriam corcentem, nisi quod gratia datur prius, gloria posterius. Hac autem dicendo, videris tibi multum tribueri gratias Dei, & donis que per Christum electis suis dat Deus, quando vocatos iustificat, infundens cordi eorum spiritu in sanctum: cum in veritate illi deroges, tollens a gratia & supradictis donis vim & efficaciam iustificatum perducendi ad finem boni, sicut ille virtutis sensus derogat qui ab ipso auferit omnem vim genitalem negans ex semine progerminari fructum. sed afferens tantum quod hoc antecedat, ille sequatur contra omnium hominum communem sensum. Sicut enim absurdè loquitur, & intolerabiliter errat, qui eo quod oia quæ sunt in vniuerso mundo Deus faciat, circa omnem efficiendi vim tollere stulta est ab omnibus alijs agètibus, tam naturalibus, quam liberis, dicens quod ignis. o comburit stupram, sed Deus solum, aut quod equus non generat equum, vel homo hominem, ita errat non solum contra sapientum iudicium, & scripturas, sed & contra omne iudicium vulgi qui negat Deum iuste regere, & iudicare hunc mundum, & perfectum rationalem sive intellectualem creaturam: reddendo bonis & malis quod iustum est pro ratione meritorum. Non enim ita debet in Deo exaltari misericordia, ut iusticia derogetur, sed contendus est Deum miserator, & misericors, & iustus, ut integras sit fides & confessio non vaca aut mutila, qualis est tua, dum ab homine etiam iusto emne meritum tollis, dicendo quod homo non amplius meretur a Deo gloriam vel vitam a eternam quibuslibet bonis operibus, quam Paulus itinere suo ad Damascum a Christo iustificari meruit, cum illo opere & voluntate Paulus non ereretur iustificatione non, sed eternam damnationem, aut non aliter quam Adam peccatum meruit a Deo per passionem Christi redimi, juxta illud Gre. O felix culpa que talis, ac tantum meruit habere redemptorem, ubi vocabulum meruit accepit Gregerius abusivè significans excellentiam nimis charitatis Dei, quia non obstante offensa maiora beneficia humano generi contulit, quam innocentibus prius contulisset. Ut autem sententiam tuam de merito quorundam operum honorum magis explices, singulis casum, quod Deus beato Paulo illam perfectionem dederit ab initio, quam nunc anima eius possidet, aut quam habiturus est post resurrectionem, & tamen voluerit Deus eum in hoc mundo manere, & ea facere que pro tempore fecit in officio doctoris, & Apostoli, quo casu admisso, dicit Paulus omnibus suis bonis operibus nihil meruisse sicuti nec beati angelii, qui quam merentur obsequio quo nobis ministrant, & sub Deo procurant nostram salutem. Ex quo concludit, quod neque quicquam meruerit bonus suis operibus tempore quo sicut in hac vita. De ratione huius casus & an cuenire possit, facio, satis est quod ex eo declaras n: entem tuam de merito operum, imo & dilectionis, & fidei,

A fidei , quia nullum profus admittis meritum erga Deū, cui Deus se cūdūm iustitiam reddat vitam eternam . Et interim dicas te nolle esse contentiosum , nec de verbis facere questionem , quod vtinam ex animo dices : Ita enim breui fāniretur concertatio, Sed veniamus ad exempla , quibus putas rem ipsam clare ostendi, & per hoc à tua parte stare victoriani: Non sunt enim similia quæ pro similibus introducis.

Primo quia opera primi qui pacto pretio agrum suum colit , & opera aliorum , absque pacto aliquo agrum suū coleantur , sunt vnius qualitatis & valoris , propter paritatem efficientis , huius proximi , materie , & forma , saltem illa eadem esse contingit . Secus est de operibus quibus mereri dicimus erga Deum quæ eiusdem rationis non sunt cum operibus non meritorius . Nam meritoria ex natura sua , secluso etiam omni pacto sive positiva ordinatione , habent dignitatem , valorem , & perfectionem , qua parent opera non meritoria sicut peccata ex natura sua denarentur penam , etiam seclusa omni ordinatione positiva . Meritoria enim procedunt à charitate &

B gratia gratum faciente , quibus anima perficitur , & supra suam naturalem potentiam eleveratur , ut sit diuinæ naturæ particeps , sicut inquit Petrus in secunda canonica sua . maxima & preiosa nodis promissa donavit , vt per hoc efficiantur diuinæ consortes naturæ . Hac autē dignitate & perfectione parent opera precedentia iustificationem , & gratia gratum facientis infusionem , in quibus homo vt cunque facit quod in se est , benè vtens donis naturalibus & gratuitis . Non enim hæc opera à spiritu Christi inhabitante , & mentem vivificante proficiuntur . Secundo dissimile est , quia onnes illi quo singulis operari in agro suo proprio , sibi tantum operantur , non alterius . Sunt enim predicti , priuata & personæ habentes bona separata , nec bonū vnius includitur in bono alterius , neque econuerso . Sed in operantibus propter Deum alter res habet , quia Deus est rex & rector vniuersitatis , intendens bonum totius vniuersitatis in quo includitur bonum cuiuslibet tanquam parti , & ideo apud Deum , ille qui suam ipsius salutem operatur & agrum propria conscientia colit , meretur primum , quia

C Choc faciendo rem vtilem facit toti , cuius est pars : totius autem (vt dictum est) bonum intendit Deus , in quantum rex , rector vel legislator . Sicut ediuerso prenam meretur apud Deum is qui seipsum flagitio corrumpit , quia hoc faciendo toti nocet , cuius ipse est pars : quod & ipse Aristoteles Philosophus Gentilis , in lumine naturæ vidit , quanto Ethicorum scribens , quod merito legibus plectuntur , qui lepros interficiunt , quia damno afficiunt ciuitatem , cuius partes sunt .

Et tertio dissimile est , quia recte vtentes donis Dei gratuitis , querunt in vsu & ex vsu eorum , honorem Dei , & utilitatem gregis Dei , & laborant in vincula non sua , sed Dei . Ac in quantum huiusmodi , pascunt oves non suas , sed Dei , colunt vineam non suam , sed Dei , vbi seipso castigant , non sibi , sed Deo seruunt , quia non sui , sed Christi sunt creatione , & redempzione . Ita vt , quemadmodum ait Paulus secundæ ad Corinthios quinto , nec sibi vivant , aut moriantur . sed ei qui pro omnibus

D mortuus est , & resurrexit : imo & ideo operis eorum utilitas non ad se , sed ad Deum redire , censenda est ideo quia remunerat Deus laborantem agricolam pro ratione laboris , non pro ratione prouentus . Spectatur enim à Deo retribuente , quod gloriam eius queſuimus , etiam si secludas per intellectum , quod hoc modo toti vniuersi rem fecerimus vtilem . Propter quod signanter dicit Paulus , primæ ad Corinthios tertio : Vnuquisque mercedem accipiet secundum suum laborem .

Sunt & alia differentia , seu dissimilitudines , sed istæ sufficiant . Deus vt creator , & Dominus iustissimè ab homine exigere potest omnia possibilia à creatura , & seruo suo , nec habet homo etiam ius , vel innocens , & multo minus peccator , quod iure queratur de creatore , & Domino , quantumvis multum imponat oneris , et si nihil vel reddat , vel promittat retributionis pro obsequiis , immo si vita ipsam auferre voluerit , nihil habet quod dicat , nisi quod Job dixit ablata tub

LACOBI LATOMI

stantia & liberis, Dominus dedit Dominus abstulit, &c^t. Sed non eo solo titulo agit A
cū homine, Deus enī est hominū pater, quo nomine hominē habet Deus non vt ieser-
uum sed vt filium: quo iure constituit Deus inter se & homines ius paternum, quod
est nomen amoris, sicut Dominus nomen est timoris. Nec solum eo titulo contentus
est Deus, sed proprius accedens ad quandam aequalitatem ecclesie sue sponsus est, &
cum ea constituit ius coniugale: Quia etiam vitra progrediens, & ad aequalitatem vite
magis appropinquans, Deus suam maiestatem eo demittit, vt cum hominibus ex-e-
qualitate quadam agere & societatem contrahere dignetur. Ex quo constituit
cum hominibus ius quoddam ciuile. Pacta fecit cum Abraham Isaac & Iacob, quos
dilexit, & illis agglutinatus est, vt Deutero. decimo habetur. Quibus consideratis fa-
cile est deprehendere, quemadmodum homo meriti posuit apud Deum. Neque con-
tra faciunt argumenta quæ adducis, vt illud de instrumentis, quo sic argumentaris.
Homo est Dei operantis instrumentum, ergo homini in bono opere nihil laudis de-
betur sicut funde vel lapidi vel gladio, quo David gigantem occidit: male conclusi, B
quia multiplex instrumentum tibi parit confusione. Non enim virum est genus
instrumenti, sed multiplex. Aliud est enim instrumentum coniunctum, vt manus: Ali-
ud separatum, vt gladius. Item separatorum aliud animatum, aliud inanimatum.
Animatum vt seruus, seruus enim est domini instrumentum quo virtutur ad actionem.
Et mulier est viro instrumentum ad generationem, vt habetur i. Politiorū. Et
tali instrumento imputatur actio ad laudem vel vituperium, ad pecnan vel præmi-
um. Exempli gratia. Dominus per seruum homicidium facit, non solus dominus pun-
nitur, sed ambo legibus plectuntur, & merito, nec auditur servi excusatio allegantis
necessitatem, quia ipse est domini sui instrumentum. Idque ideo, quia huiusmodi ser-
uus homo est naturaliter liber habens in sua potestate, domino parere vel non pare-
re. Et propterea huiusmodi instrumento imputatur sua actio ad culpam & pecnan
si mala sit, & ad laudem & præmium si bona. Sic est dicendum de homine, licet sit
Dei agentis instrumentum: quia est instrumentum separatum, animatum, & liberum, C
non solum motum, sed seipsum monens, per liberam voluntatem, Dei enim res
quas condidit sic administrat, vt eas proprios motus agere sinat. Est autem dominus
proprius motus, vt liberè agat atque in potestate habeat agere & non agere, & ideo
non cogitur necessario sequi motum primi agentis sicut cetera instrumenta. Rex
Senacherib à domino per Iaianam capite decimo dicitur serra vel securis per simili-
tudinem, qui tamen eodem loco per eundem prophetam arguitur, quod non intel-
ligat se ideo preualere aduersus Israel, quia Deus eo viceretur ad plectendum pecca-
tum populi sui. Ille rex serra per similitudinem erat, sed per veritatem non erat. Ut
enim monstrorum esset si farra erigeretur aduersus se videntem. Ita non minus absurdum
est si quando homo se se erigit aduersus Deum: quod tamen homo vtique facere
potest, & sepe facit iniuste, & propterea non impunè. Et hoc ita se habere tu-
ipse alibi confiteris, dum diuerfa Dei pacta cum ipsius creatura enumeras: Pactum e- D
nim proprio non est, nisi sit vtrinque liber consensus, Vbi non recte enumeras
pactum Dei cum diabolo: non enim ex pacto Dei cum diabolo homini peccanti
dominatur diabolus, non est enim iustitia in hac dominatione nisi ex parte Dei
permittentis. Iustè enim permisit Deus hominem venire sub potestatem tyran-
ni seductoris, cui liberè consensit contemptu Dei creatore suo sed nullum pactum
habet Deus super ea re cum diabolo, qui iniuste, dominatur homini, & per tyran-
nidem: quique iniuriam fecit Deo, quando hominem instigatione, sua corrupit. Et
quemadmodum haec diuina permisso in primum humani generis authorem A-
dam peccantem iusta erat, & in posteros peccatum ab eo trahentes per originem,
Ita contra eam fecit diabolus dum presumpsit mortem inferre Christo qui non per-
tinebat

Atribuebat ad damnatam progeniem. Ac per hoc iustè amisit potestatem in Adam & posteros Dei permissione concessam. Nam vero quod peccatum esse dicit innobis propterea quod charitas nostra in Deum & proximum non est tanta, quanta est charitas Christi, non rectè dicit. Non enim nobis promittitur fore nos egales Christo sed conformes. Ipsi enim datus est spiritus non ad mensuram, nobis datur ad mensuram, de plenitudine eius nos accepimus, non ipsam plenitudinem eius. Nulli igitur licet aspirare ad equalitatem charitatis Christi, quia ab instanti ipsius conceptionis fuit summa, nec augeri potest aut potuit. Nobis ergo non debet imputari in peccatum quod nostra charitas minor sit charitate Christi, cum nec positis, nec debeat esse tanta. Quia autem de charite Christi meministi ex ea poteras tuis sophistis rationibus satistacere. Cumi enim certo affirmes (vt debes) ipsam meruisse, uocatio consequitur & Paulum Apostolum si ab initio conuersioris, in hac vita tantam charitatem habuisset, quantā habiturus est post resurrectionem, nihilominus adhuc meritum

Non oportet
noscram chari-
tatem tantam
esse quam ea
Christi.

Bfuisse. Soluitur & ex Christo illa tua argumentatio: homo omnia debet Deo quacumque praestare potest, igitur nihil meretur. Nam Christus dominus secundum humanam naturam debutat Deo morte ipsam. Nam vt eam subiret precepit pater. Vnde Apostolus Christum patri obediens ad mortem usque collaudat. Nihilo tamen minus meritus est per mortem: Propter quod inquit Apostolus & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen &c. Illud quoque non rectè dicitur quod concupiscentia in viris sanctis sit peccatum etiam maximum, sed non imputatur &c. Aut enim loqueris de concupiscentia habituali quae sere dicitur fomes peccati. At illa in baptisatis non est peccatum, quia baptismino tollitur reatus eius. Aut loqueris de eius actu fuius motu: nec ille quidem est peccatum, quando rationalis voluntas reficit, sed est materia exercenda virtutis, si vero motus eius veniat cum surreptione sine voluntate plene deliberaata, veniale tantum peccatum est: quando vero motus est plene deliberaatus, mortale peccatum est, & legis. Non concupisces, transgresio, qualis non

Concupisen-
tiā in viris
sanctis pecc-
tū non esse.
Philip. 4. 12.

Cest in sanctis, in quibus peccatum non regnat vt obedient concupiscentias eius, qui iuxta verbum sapientis post concupiscentias suas non sunt.

Quarēs meriti definitionem? Accipe, Meritum generaliter est actio voluntaria bona vel mala viatoris secundum Dei ordinationem ex bonitate vel malitia sua ad præmium vel poenam imputata. Dicitur voluntaria, quia per hoc ponitur actus in genere moris, quod proficiscatur à libera voluntate. Dicitur bona vel mala, propter actus indifferentes & medios inter bonum & malum, qui vt tales non merentur. Dicitur ad poenam vel præmium imputata, quia licet actus bonus vel malus eo ipso quo bonus vel malus est, sit imputabilis ad præmium vel poenam, non tamē meretur nisi actu imputetur. Et additur secundum Dei ordinationem, quia actus bonus non meretur præmium nisi supposita Dei ordinatione: vt volentis pro bono opere præmium retribuere. Et dicitur viatoris, ad excludendum actiones bonas &

Difinitio me-
riti.

Dmala beatorum & damnatorum, quia sunt in termino boni vel mali, & extra statum merendi. Porro diuiditur meritum in bonum & malum, de malo merito dicitur. Genesis. 42. Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum. Item ad Hebrews. 10. Quanto deteriora eum putamus mereri supplicia qui sanguinem &c. De bono merito dicitur Ecclesiastici. 16. Misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum suum & ad Hebrews. 13. dicitur, Talibus hostijs promeretur Deus. Sed dicit nullum esse meritum bonum quia si Deus non redderet iusto præmium sive vitam æternam, nullam saceret ei iniuriam, nec bono opere iusto Deus efficitur ad retributionem obligatus. Ergo iustus non meretur apud Deum. Concedunt sancti doctores antecedens, sed negant consequentiam. Dicentes ad meritum sufficere, quod sit in agente dignitas, in actione propria, & in Deo precedens ordinatio. Concedunt enim quod Deus creature fuz non obligatur, etiam ex promissione:

Difinitio me-
riti.

JACOBIS LATOMI

enim Deus promissa non redderet, creaturez cui promisit iniuriam non faceret, sed sibi A
Repugnat tamē bonitati, benē merētes annihilare, aut nō prēmiare: sicut repugnat
iustitiae eius, & bonitati peccata relinquerre ipumita. Alioquin enī malis parēdo nō re
probator esset peccatorū, neq; iustis p̄m̄ia subtrahendo approbator esset bonorū.
Vnde sicut dicit A postol⁹. Ille t. delis permanet negare seipsum nō potest, quin scilicet
seruet promissā: Ita nos quoque dicere possumus, ille bonus est & iustus, negare se ip-
sum nō potest, quin seruet debitum in suo vniuerso ordinem. Nec beneficia sine
prēmissis, nec peccata sine suppliciis relinquens. Quanquam sicut non p̄fstanto pro-
missa nemini iniurijs, sed infidelis & non verax esset. Ita similiter non seruando debi-
tum ordinem in vniuerso nemini iniurijs, sed tantum non iustus, nec bonus esset.
Sed dicus, bene sequitur vita aeterna redditur iustis ex gratia & secundum gratiam
ergo non ex operib⁹: quod ex gratia datur est in debitu, q̄ vero ex opere datur, est
debitum: est autē impossibile idem, eidē ab eodem esse debitu & indebitum, sic enim
loquitur Apostolus ad Roma. 4. & vndecim⁹ o. & ad Ephe. 2. Itud quidē argumentū B
conuinceret si diceremus opus quod est meritum, non esse donum gratutum Dei:
aut si diceremus, quod valor inesset operi simpliciter, ex ratione qua proficiuntur à
nobis, & non ob hoc principaliter, quia proficiuntur à gratia Dei & à charitate: hoc
siquidem intendit Paulus cùm dicit, Donū enim Dei est ne quis glorietur, tanquam
scilicet hoc sibi inesset à se ipso: Id quod & alibi dicit. Quid enī habes quod nō acce-
pisti? Si autē accepisti, quid gloriari quasi non accepisti? Vbi non simpliciter gloriari
vetat Dei dono ac cepto, cum alibi dicat, qui gloriatur, in Domino gloriatur: sed ve-
tat gloriari de Dei dono tanquam de non dono, sed suo, hoc est sibi inexistenti à
se ipso, quod est illicitum pertinens ad superbiam. Vnde sancti non aliter aspiciunt
merita sua, quam vt dona Dei gratuita, quicquid ibi est bonitatis & dignitatis, diui-
ne bonitatis ascribentes. Deus vero in eoden⁹ opere attendit, quando illud remune-
rat ex officio iusti iudicis, quod factum sit sponte, quod voluntarie, quod delectabiliter,
quod amauerit, quod gratuito, quod in potestate fuerit sequi & non sequi, operari C
& non operari, donis Dei vt & non vt, & præcipue, quod non quæsierit hinc in
sua opere propriam gloriam, sed Dei: nec sibi operatus fuerit, quærens quod sibi vtile
est, sed quod multis, vt saluarentur, ex eo iusti, iudicant ut corenerit. Hoc
vtrumque videre est in his quæ dicuntur a iudice, & econtrario à iustis Mat. 25. Ver-
ba omittit ponere causa breuitatis. Ex quibus apparet benē consideranti quod quæ-
cunque Tindale dicit aduersus hypocritas, & aduersus eos qui fiducian: ponunt in
suis operibus, verè quidem dicit, sed extra causam, quia sancti viatores meritū diui-
tes non ponunt carnem brachium suum, nec à Deo recedit cor eorum, sed fiduciam
habent in domino. Nam spiritus sanctus eos docet, vt sciant quæ sibi à Deo dorata
sunt, inter quæ & illud sciunt, sese creatos esse in operibus bonis, vt in illis ambulent,
& ambulando pertingant ad inmarcessibilem glorię coronam legit: mē certantibus
repromissam.

Nec contra meritum facit quod Dei dilectio in prædestinatis D
& electos sit aeterna qua ipse prior dilexit nos. Nam sicut ab aeterno præordinavit &
proposuit Petro & Paulo, aut libet alteri dare vitam aeternam, ita ab aeterno præ-
ordinavit & prouidit in media ad candem vitam peruenienti. Quod vt facilius capias
considera nomine prædestinationis tria quæ dani per ordinem se habentia significari.
Quorum primum est aeternum propositum miserendi. Secundum tenet orationis colla-
tio gratie, huc gratuiti doni quo iustificatur prædestinatus. Tertium est collatio aet-
eris gloriæ. Horum trium primi ex parte nostra nulla cminino est causa, hoc etiam
propositum merē est diuinæ bonitatis, & puræ bona Dei voluntatis.

Secundi similiter ex parte nostra nulla est causa, quia licet in adultis dum iustifi-
cantur regulariter concurrit liberum arbitrium, nec se habeat pure passiu-

Iuxta illud. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Et

illud

A illud prophete. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et illud Iacob. Ap. propinquate Deo, & appropinquabit vobis, tamen nihil antecedit ut meritum doni gratuiti quo impius iustificatur sed gratia menti insunditur, quo dono peccatum dimittitur, & debitum mortis æternæ tollitur, quibus sublati efficitur diuina naturæ particeps, qui erat indignus vita temporali, et qui dignus erat morte tam temporali quam æterna, efficitur dignus vita æterna, & qualis qualis dispositio iustificatione precedat, esse & us est prædestinationis & gratia Dei præuentientis omnē nostrā disputationē aut voluntatē, iuxta illud Jeremie Threnoru vltimo: Conuerte nos Domine ad te & conuertemur. Secus est de tertio, quia inter collationem gratia iustificantis, & dispositionis eam præcedentium, & collationem glorie, mediat opera bona interna & externa, ex dono iustificante & libero arbitrio per spiritus sancti inhabitantis singularem directionem prohinc sentia, quibus iuste gloria redditur. Sic enim accipit endū est illud Pauli ad Ephe. 2. Creati, in operib⁹ bonis quæ preparauit De⁹ vt abule-

B mus in illis, utique perueniunt per ea ad finē nobis diuinitus præstitutū. Id quod clara videre licet in Paulo, qui cùm esset ab eterno prædestinatus, & ex tempore gratis iustificatus, dicebat de operibus intermedii inter iustificationem & coronam. Bonum certanum certavi, cursum consummavi, fidē seruavi: de reliquo reposita est mihi corona iustitie, quam reddebat mihi dominus in illa die, iustus iudex. Quod ut plenius capias considera rationem reprobationis, in qua similiter tria repieres. Propositum æternum non miserendi, temporalem obdurationem, & aeternam damnationem. Horum primi nulla est causa, nullum meritum ex parte reprobati. Secundi, id est, obdurationis meritum est ex parte hominis, qui incurvit ob præcedens peccatum à Deo de seri, & sibi relinqui. Et similiter tertij, causa est & meritum, peccatum præcedens. Unde si queritur, cur ab eterno proposuerit Deus Petri misereri, & Iudei nō misereri, in particulari nulla est causa, nisi quia Deus sic placuit, cuius voluntas iniqua esse non potest. Item si queritur cur Petro ex tempore gratiam apponit, & donum largitur quo

C liberatus à suo peccato, iustus hinc exit: Iude autem gratiam non apponit, nec iustitia donum largitur, sed eum relinquit in peccato suo in quo in finem perseverat. Respondest quoniam in Petro placuit Deo ostendere misericordiam, in Iuda exercere iustitiam. Si pergis querere cur huic miseretur, & isti non miseretur. Respondet Paulus & temeritatē querentis compescit, dicens. O homo tu quis es qui respondes Deo &c. Sed si queritis quare Iude preparauit Deus aeternā tormenta. Recte respondeatur propter peccata quæ Deus præuidebat eum commisirum esse, & in eis presentem vitam finitum. Si autem queritis cur Petro ab eterno præparauerit aeternā gloriam. Respondeatur, quia in illi placuit ostendere diuitias bonitatis sua. Vnde in Petro omnia pertinent ad gratia m. & ipsa prædestination æterna, & ipsa gratia & doni temporalis collatio, & ipsius doni benus vsus, & ipsa consummatio gratia sue retributio gloria, sed non equaliter nec omnino vñfornimenter. Nam in primo nihil prorsus est nostrum. In secundo licet aliquid nobis vendicemus, non tamen illud dignum est,

D iustificatione. Sed in tertio relato ad quartum est dig. itas & ratio meriti: itaque duo prima pertinent ad meram gratiam: non sic duo postrema, & i deo gloria rediditur pro bonis operibus: licet enim opera bona ad gratiam pertineant, non excludunt tamen nostram cooperationem, propter quam ipsa gratia merito locum relinquit, nec meriti rationem excludit. Sed hactenus de gratia, & merito plus latiss, quibus si mentem adhibueris, plane videbis, quæcumque prolixè congeris contra opereum meritum, nihil habere momenti, nisi vt te ad conclusionem plane al surdam deducant: quam ideo ad verbum subiicio & expendo, vt lector quivis eius ab his dicta tem videns si tu (quod absit) oculos clauseris cuiter nota in cordis obstinati.

Opera inquit, postrema sunt quæ requiruntur in lege, nec legem implēt eram Deo in opere semper peccamus, cogitationesque nostra immundæ sunt. Charitas quæ legem impleret frigidior est apud nos quam glacies fide igitur viuitur quam diu iunxit

in carne, fideque vincimus mundum, hęc est enim victoria quę vincit mundum, fides **A** nostra, primę Ioannis quinto. In Deum per Christum quod eius charitas qui vicit omnes diaboli tentationes imputabitur nobis. Ex fide ergo est omnis promissio ut firma sit omni semini creditum, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Haec enus recognoscis verba tua. Hic videris aperire secretū cordis tui, explicando rationem propter quam tam nihil tribuis bonis operibus, quia vide- licet bona opera postrema sunt que requiruntur in lege, primum enim requisitum in adimplitione legis est, bona cogitatio. Secundum bona voluntas. Tertium & vi- tum, bona voluntatis per opus exequitio. Et similes gradus sunt in opere prohibito per legem. Primum est mala cogitatio. Secundum male cognitionis deliberata voluntas. Tertium male voluntatis in verbo vel facto exequitio. Contingit autem s̄apē per impedimentum extrinsecū ut voluntas plena, siue bona, siue mala, non perueniat ad exequitionem operis, quo casu voluntas pro facto reputatur, sicut dicit lo- annes in canonica sua. Qui odit fratrem suum homicida est. Et dominus in euā- gelio vbi de adultero loquutus. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Et ediuerso exempla ponit poliūtum de bono. Igitur non male dicas opera postrema esse, quę requiruntur in lege opus bonum preci- piante. Sequitur: Nec legem implerat: verum est quoties sola sunt, & duo priora non precedunt, non enim satis est legi, opus esse bonū ex genere, quę est bonitas secundūm quid, cum qua constat opus esse simpliciter & abolutē malum, quoties duo priora defunt, defunt autem semper. Nam sequitur. Operē semper peccamus, cogitatione- que nostrę sunt immunda: Ecce abest primū ad opus bonum requisitum, scilicet cogitatio bona. Nam immunda cogitatio mala est. Sequitur, charitas que legem im- pleret &c. Hic abest & secundum ad bonum opus requisitum, scilicet bona voluntas. Charitas enim est voluntas bona, vel bona voluntatis causa, quę si adfaset legem impletet, secundūm illud Pauli ad Romanos. 13. Qui proximum diligit legem imple- uit. Et illud euangelij: In his duobus mandatis vniuersa lex penderat & prophete. Sed **C** quia tu de illa charitatē non loqueris, notanter dicas impletet, non autem implet: Et addis, quod est glacie frigidior. Apparet enim benè consideranti quod ille amor qui naturaliter consequitur contemplationē, diuinę bonitatis & considerationem donorum & promotionis Dei, non est illa charitas quę est finis precepti, vinculum perfectionis, legis, & prophetarum summa, sed est quidam amor qui naturaliter na- scitur erga benefactores, qui reperiunt in ethnicis & publicanis qui diligētes se dili- gunt, vt dicitur Mathei. 5. Talis charitas erga Deum recte dicitur glacie frigidior, comparata ad veram charitatē, quam diffundit spiritus sanctus in corda fidelium, in quibus habitare dignatur, quę sola implet legē. Sequitur, fide ergo vivitur quam- diu sumus in carne, fideque vicimus mundū. Hęc est enim victoria quę vincit mundum, fides nostra, primę Ioannis. . Quid audio? An fides mortua quę nec operatur nec vivit, vincit mundum, hoc est fides quę per dilectionem non operatur: Charitas **D** enim quę non sufficit ad impletionem legis, non eripit à porestate diaboli, nec est mundo superior: omnes enim legis transgressores sub lege sunt, & per legem iudica- buntur, & sub maledictō sunt. Nec satis est dicere, sicut tu dicas, quod Christi chari- tas nobis imputatur. Et quod hoc credere sit fides quę saluat. Tua verba sunt, fides in Deum per Christum quod eius charitas qui vicit omnes diaboli tentationes impu- tatur nobis: Considera ô oro te Lindale in quę absurdā deuolutus es, postquam vias tritias reliquisti, & terminos à patribus positos prætergessus es. Quid enim potest dici absurdius quād aliquis sine propria charitate saluetur & quād personalis charitas Christi, hominibus imputetur non habentibus spiri- tum sanctum & proprium donum charitatis, euidenter contra apostolum Paulum ad Corinthios 13 dicentem. Si linguis honiūum loquar & angelorum &c. Vbi ex- presse

Quod Christi
charitas nobis
imputatur sed
charitatem no-
bis operatur.

A pressè dicit cætera omnia spiritus dona sine charitate nihil prodeſſe , & econtrario charitatem habenti, cætera prodeſſe: Et Ioannes apostolus .cap.3. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Et, qui non diligit manet in morte. Ex quo conſtat vnumquemque ſaluatoris ſua dilectione , quam licet non habeat à ſeipſo, habet tamen eam in ſeipſo. Ad Romanos quinto, Gloriamur in tribulationibus , quia tribulatio patientia operatur , patientiam autem probationem, probatio vero ſpem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diuina eſt in cordibus noſtris per ſpiritum sanctum qui datus eſt nobis. Alia eſt charitas Dei, qua Deus nos diligit, & alia charitas Dei, quam Deus facit in nobis, & per quam Deum diligimus & proximum . Hanc per ſpiritum sanctum infundit, eſfundit, difundit in cordibus noſtris, Non eſt ergo verum quod charitas Christi nobis imputetur sed charitas Christi in nobis facit charitatem, licet non aqualem charitati Christi, tamen in tamen & tantam qua sit ſufficiens cum adiutorio Dei, ad implendam legem.

B illa igitur fides qua credimus & confidimus in Deum, per Christum quod eius charitas nobis imputabitur, nobis, inquam, non habentibus opera bona , quorum cogitationes sunt inimundæ, & voluntas non bona , quia charitas noſtra vel nulla eſt, vel tam remiſa, vt eius remiſio peccatum eſt. Hæc inquam fides non eſt vera neque catholicæ, ſed ficta, nō quā Deus reuelauit prophetis aut apostolis aut ecclæſie. Lege enim omnia ſymbola, & omnes fidei explanationes, quaſe ſacred eſt ab initio usque in praefens, contra hærefes diuersis temporibus exorientes , & non reperies hunc articulum, Credo quod Christi charitas mihi imputabitur ad ſalutem, mihi inquam propriam charitatem non habenti, aut non tantam habenti , quantum à me exigit lex charitatis. Scripta in lege, refumpta in euangeliō, explanata ab apostolis. Manifestum eſt enim secundum ſanam doctrinam, quod ille ad Christum non pertinet qui Christi ſpiritum non habet. Qui enim ſpiritum Christi non habet hic non eſt eius: In quoque autem charitas non eſt, in illo non habitat ſpiritus sanctus

C

FINIS

M iiiij.

JACOBI LATOMI
CONFVTATIO-

NVM ADVERSVS GVLIELMVVM

Tindalum Liber Tertius.

QVONIAM in calce assertionis tuae dicis te bona conscientia prout ille quod sentis, credimus te ita sentire ut loqueris: vnde merito, si vera sunt quae credis, tibi displaceant, qui Romani Pontificis, & Cæsar is nomine te captiuum detinent, atque ut malctactorem tractant. Iam quoniam de nobis audire, imo legere potulas, quae sit nostra de re controversa sententia, non deero voluntati tuae, si forte hac ratione queam te ab isto errore ad catholicæ, veraeque doctrinæ studium revocare. Ecce igitur tibi bona conscientia proferimus quod credimus, quod tenemus, quod didicimus in ecclesia catholica, orthodoxa: & si permittis, etiam Romana. Non enim erubescimus aut euangelium, aut ecclesiam, matrem nostram, scientes quid, & à quo didicerimus.

D E FIDE.

FIDES est charitate prior generatione, charitas fide prior est dignitate. Fides, est fundamentum, charitas est complementum. Prima coniunctio animæ reverentis ad Deum, fides est, ad Hebreos .ii. Oportet accendentem ad Deum credere, &c. ad Romanos. io. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt, quomodo credent sine prædicante, vnde recte dicit Augustinus, loquens instrutori rudiū. Quicquid narras, ita narra, vt ille cui loqueris audiendo credit, credendo speret, sperando amet.

D E CHARITATE.

CHARITAS est finis præcepti, charitas est summa legis & prophetarum, imo C euangeli, & apostolicae doctrinae: vnde recte dixit Augustinus. Ille tenet, quicquid latet, & quicquid patet in diuinis sermonibus qui charitatē seruat in mortibus, & alibi. Scriptura nihil præcipit nisi charitatem, nihil vetat nisi cupiditatem. Hinc fit ut omne mortale peccatum excludat charitatem, & quod alicui virtuti contrariatur, charitati contrarietur, vnde Apostolus. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo legis est dilectio, Nam non occides, non adulterabis, non corrupcises, & si quod est aliud mādatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum sicut te ipsum: hinc Iacobus: Qui offendit in uno, factus est omnium ieius. Fides & charitas non coherent inseparabiliter: est enim charitas sine fide in angelis, & hominibus beatis. Charitas nunquam excidit, fides in via est, in patria non est. In Christo charitas est, non fides. Sed & in puris viatoribus fides sine charitate est plerique prior tempore, & oratio impetrat charitatem. Præterea fides est in cathecumenis, qui credunt Christo, & signant se: & tamen nondum Christus sese credit eis. Hi dum baptizantur, fidei accedit charitas. Fides est in peccatoribus poenitentibus, nondum à peccatis absoltus, fidem enim non omne peccatum tollit, sed sola infidelitas. Hinc loquitur quod charitas non necessariò fluit à fide, sicut lumen vel calor procedit à sole. Apostolus alicubi loquitur de fide, quae per dilectionem operatur: nunquam tamen dicit, Fides dilectionem operatur, & multò minus dicit quod fides necessariò aut naturaliter charitatem producit: inò perfectam fidem sine charitate esse posse satis aperte dicit. ad Corinthios. 13. Si, inquit, habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi profest. Id quod etiam satis ostendit testimonium à te allegatum, in quo Petrus hortatur fideles 2. Petri. 1. Omne curam subinserentes, ministrare (inquit) in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam,

A Scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem, vide quot virtutum gradibus ab initio fidei peruenit ad cacumen charitatis: ad quas virtutes administrandas, quid opus erat hortari fidem habentes, si necessario & naturaliter atque inseparabiliter à fide fluunt? Vult itaque Beatus Pe trus, nostra cura cum Dei gratia & auxilio hæc omnia addi supra fidem, quodque si fides sine his in nobis permaneserit, erinxus vacui & sine fructu, cœci & manu tētantes tanquam oblii remissiōnē peccatorum: vnde & Apocalipsis secundo, spiritus probat opera, & laborem, & patientiam, & quod sustinuerit propter nomen Iesu Christi, & non defecerit angelus Ephesi, & tandem addit, sed habeo aduersum te paucum quodcharitatem tuam primā reliquisti: hic nihil arguitur de relictā fide, ergo existente fide charitas aut tolli aut minui potest, quod non esset verum, si naturaliter à fide fluere, & necessario eam sequeretur.

B

DE CLAVIBVS

PO TESTAS clavium non fundatur in charitate: sed in ordine sacerdotali. Ordine autem sacerdotalis, neque charitatem sequitur, nec necessario comitatur: alter enim datur spiritus sanctus ad sanctificandam creaturam cui datur: aliter ad facienda miracula, ad prophetiam, & ad dimittendum aliena peccata, recte ergo dicit Augustinus. Oportet esse sanctos tanti regis ministros, sunt autem sancti si velint, securi: & facit ille qui dicit, hic est qui baptizat. Vnde olim de ecclesia ut heretici & schismati ci proiecti sunt Nouatiani, qui negabant sacerdotibus datam esse à Deo potestate remissionis peccatorum, & postmodum Donatisti: qui dicebant solos bonos, & iustos, ac sanctos ministros, posse baptizare, vel absoluere. Postremo Valdenses, & complices eorum, quia dicebant omnes & solos habentes charitatem: habere claves ecclesie: id quod tu modo videris afferere, & non vereri sanctos ecclesie patres reprehendere, tanquam cœcos & carnales, quia aliud esse claves afferant, quam tu dicis, dum in eo solo ponis claudendi & aperiendi facultatem, si prædictor ostendens peccatori iustam damnationis sententiam, facit illum configere ad gratiam, sicut Petrus prædicans in die Pentecostes: id quod nihil vetat conuenientem etiam homini mere laico, vt manifestum est igitur hæc dicens: penitus tollis ordinis sacramentum. Næc quibusvis sed sanctis: doctis: spiritualibus sacramenti Dei ministris contradicis, videlicet Cypriano, Cornelio, Ambrofio, Basilio, Chrysostomo, Augustino, Hieronymo, Leon, Gregorio, totique adeo ecclesiæ catholicaæ, quæ est columna & firmamentum veritatis.

De episcopatu, sacerdotio, & diaconatu.

DE PI Scopatus, sacerdotium, apostolatus, nomina sunt dignitatis, officij, ministerij siue administrationis, non qualitatis. Qualitas enim facit dignum vel indignum, bona dignum, mala indignum: sed non continuo qui dignus est episcopatu vel sacerdotio, Episcopus est aut sacerdos: aut ediuerso, qui indignus est episcopatu, vel sacerdotio, ideo sacerdos non est vel episcopus, Iudas apostolus erat nihilo minus quam Petrus & Iohannes. Et Nicolaus Antiochenus diaconus ordinatus est, que ut Stephanus, qui in diuinis literis ideo positi sunt, vt intelligamus virtutem & efficaciam diuinorum sacramentorum à Deo pendere, non à qualitate ministrantium: quod & Apostolus ostendit scribens ad Corinthios epistola priori, vbi reprehendit contendentis, tanquam melior esset baptismus datus à meliore ministro quod ideo falsum est, quia virtus sacramenti est à Deo, in cuius nomine datur.

De obedientia

PORRO illud quoque dicendum est secundum ecclesiarum doctrinam
fanam, non esse licitum Christiano se se iubducere obedientia vel subiectioni
sui prefecti, praepositi, vel episcopi: ob id quia malus sit, aut non vivat ex praescri-
pto diuinae legis. Neque hoc precipere dicendum est Paulus ubi monet, ut subitrahant
se ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditiones diuinæ vel
apostolicas, unde Matthœi 23, docet salvator cauendam malam vitam: & sequendam
bonam doctrinam, Super cathedram (inquit) Moysi sederunt scribæ & Pharisei:
Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: Secundum opera vero co-
rum, nolite facere. Non ergo recte dicas quod si episcopus non sit irreprehensibilis,
sed ebriosus, vel percursor, vel impudicus, aut non sit episcopus: aut non sit ei paren-
dum in his quæ benè monet, aut precipitat. Eius enim est talem deponere, cuius est co-
stituere: episcopus enim seruus Dei est, hunc Deus prefecit conseruis. Eundem etiam B
deponit per seipsum aut per eos qui illi prefecti vice Dei funguntur: Tantis per igi-
tur dum eos Deus patitur, & ad penitentiam expectat, nos qui talibus subiecti sumus,
patienter ferre illorum prefecturam necesse est. Nec perturbare oportet ordinem di-
uinus constitutum, aut scindere unitatem ecclesiastici collegij, Papa, sive etiam epi-
scopus seruus est seruorum Dei, ab ipsis quidem conseruis electus, sed interim a Deo
constitutus. Vos in eo erratis, quod seruum à domino suo familie prepositum, ab ipsa
familia constitutum esse, & ab eadem desitui posse arbitramini. In quo laicos facitis
ecclesiarum ministris superioribus, cum sint dispensatores & serui Dei quos ipse conseruis
prefecit. Et à quo pro bona & fidei administratione gloriam: vel pro mala & infide-
li dispensatione, penam sunt accepturi.

DE VOTIS

HOC habet sana doctrina, quod vouere bonum sit, positum in arbitrio voun-
tis, sed votum prestare iam non arbitrarium est: sed necessarium. Quicunque C
enim illud Deo voulit quod voulendum est, Dei consilium veritatis in prece-
ptum: hinc dixit Petrus ad Ananiam act. 5., qui cum totum agri precium voto obtu-
lisset, partem fraude sibi seruabat. Nonne (inquit) manens tibi manebat: & venundatum
in tua erat potestate? Non es mentitus hec minoribus, sed Deo: & prima ad Timotheum quinto, de viduis post votum castitatis nubere volentibus, dicit apostolus D
Cum luxuriate fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnacionem: quia pri-
mam fidem irritam fecerunt, id est, votu castitatis seruande prius emissum violerunt.
Non itaque ad hoc valet vis charitatis, ut vota non seruare liceat habenti charitatem,
sed ut id quod voulit, prestare libeat & quod exoluere necesse est, exoluat liberaliter.
Sed finge aliquem qui voulent continentiam, nec habeat denunia Deo continentia,
sed patitur vitionem carnis, & stimulos libidinis, nonne huic licet sequi consilium
Apostoli primæ ad Corinthios septimo. Qui non continet nubat, melius est enim nu-
beat quam viri? Haud dubium est non licere. Hoc enim consilium datur homini li-
bere, qui ad utrumlibet suum potestatis est vel ad matrem: eniūm contrahendum vel
non contrahendum, alioqui quæ post emissum votum continentia revertitur ad nu-
ptias, iuxta sententiam Apostoli abit retro post Satanam. Iustum alia remedia quartæ
oportet contra perulantiam carnis, ieiuniū, eleemosynas, iugem orationem, quibus
sine dubio impetrabit donum castitatis, quoniam non deserit Dominus refugientem ad se, caue postulantem quæ necessaria sint ad salutem, iuxta illud, Petite & ac-
cipietis, quartæ & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Vnde Augustinus cap. pen-
ult. lib. 2. ad Polleni. loquens de virtus & coniugib[us] ipsorum: profiter adulteria separatis
ostendit eis continentiam esse necessitatis, sicut & illis qui voulent, ipsa continentia
facta

A facta est necessitatis, Augustini verba sunt. Hosigitur aliquos ut quod facere deberet si habuerint coniuges diurno languore marcessentes: vel loco sibi inaccessibili absentes, vel animo fitate illicita continentes, hoc faciant si habuerint coniuges adulterina inquirare sordentes, & propter hoc a suo consortio diuorciantes, non alia queuant coniugia, quia non erunt coniugia sed adulteria. Cum enim pars forma sit in hoc vinculo viri & vxoris: sicut vxor viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Ita & vir viuente vxore vocabitur adultera, si fuerit cum alia muliere. Et paucis interpositis, non eos terreat sarcina continentiae, leuis erit, si Christi erit, Christi erit, si fides aderit, quae impetrat a iubente quod iusserit, non eos fragar, quod videtur eorum continencia necessitatis esse, non voluntatis, quia & illi qui eam voluntate de legerunt, fecerunt eam esse necessitatis, quoniam viui sine damnatione ab illa deviare non possunt, & qui in eam necessitate contruli sunt, faciunt eam esse voluntatis, si non de seipso, sed de illo a quo est bonum omnime confidunt, illi ad eam transcende-

B runt causa maiori gloriz, ut aliquid amplius inuenirent, isti ad eam configurunt causas salutis nouissime, ne perirent, utrique permaneant, utrique in quod peruererunt ambulentes usque in finem, serueant studijs, supplicant votis, quia & illis salus cogitanda est, ut ab eo quod voluntas arripuit cadere timeant. Et istis gloria desperada non est, si in eo quod necessitas intulit, persistere diligent, fieri enim potest ut Deo terrene & hortante, convertere & implente, humanus in nclus mutetur affectus. Simili spiritu loquitur Hieronymus. Et si nuperit virgo non peccauit, non illa virgo qua semet Dei cultui dedicavit, harum enim si qua nuperit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, si autem de viduis hoc dictum obiecerit quanto magis de virginibus pravalet? cum etiam his non liceat quibus aliquando licuit. Hæc ille. Item Basilius, Cuique ab initio quod vita genus cupiat modo concessum, hoc ini re ac optare licet, siue in matrimonio, siue coelibet ageret? Quādo vero se Deo semel authorauit per vitæ continentiam, ac perpetuam caritatem, hoc detrectare non li-

Libro primo
aduersus Iouis
manum.

C cet: nec aliter quam aliquid munus aut hostiam Deo sacram se illi custodire, ne reos sacrilegij nos Deus accuset, si dicatum ei corpus sursum rebus prophanicis & communis vitæ ministerio sordidauerimus. Hæc ille. Ambrosius autem arbitratus sacerdoti iustam causam esse martyrij, ut contradicat, ne virgo Deo sacra vxor ducatur, ei que similem causam esse qua fuit Ioanni baptista dicenti Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et Gregorius eos qui mulieres Deo sacratas sibi matrimonialiter copulabant, anathemate ferire non dubitauit. Sed & Iouinianus Imperator Christianus legem dedit: ut capitali sententia plecterentur qui sacram virginem nuptiali partite historie. Sosomenus tri 11. 17. cap. 4.

DE IURAMENTIS.

D **S**ANA doctrina iuramenta dicit esse licita causa necessitatis, dummodo fiant ex diuino praescripto, videlicet in iudicio, iustitia, & veritate: Quod enim Dominus in euangelio Math. 5. iurandi facultatem in totum a Christianis auferre videtur, & postmodum apostolus Iacobus in canonica sua capite ultimo, consilium est, non præceptum, aut certè si præceptum omnino esse contendas, non est præceptum absolute ligans, ut est præceptum non occides, non mechaaberis, & similia qua nulla causa licet fieri possunt. Sed est prohibitio ex causa nempe ad evitandum periurii periculum, quod quando satis caueatur, jurare peccatum non est quod enim ex causa prohibetur, cessante causa, cessat prohibitio. Accipe simile. Paulus vetat eligi in episcopum Neophyrum. I Timoth. 3. hæc prohibitio non est absoluta, sed ex causa, quam addit, ne in superbia elatus & cat. qua quidem causa si sufficienter caueatur, & electus

IACOBI LATOMI

lectus in humilitate sese contineat, nihil agitur contra apostoli præceptum qui Ne-
ophytum instituerit episcopum, vt patet in electione Ambrosij, de qua ipse loqui-
tur in epistola ad Vercellenes. Simplex promissio homini facta promittente ligat,
ne promittens inueniatur mendax si contra fecerit quam promiserit, Matthæi 12.
Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sed longe fortius ligat
iuramentum simplici promissioni adiunctum, propter secundum decalogi præce-
ptum dicens, Non asumes nomen Domini in vanu: cōtra quod facit qui iuramento
promissionem firmatam dum potest, non seruat. Non itaque ad hoc valet potestas
charitatis, vt iuramenta non reddatur: sed ad hoc, vt non vi vel metu, sed liberaliter
& amanter reddantur.

DE IEIVNIIS

HOC habet sana ecclesiæ doctrina, quod solennia ieiunia Christianis indicta, B
necessario seruari oporteat: & potestatem charitatis non ad hoc valere, vt su-
uni possessorum liberet à ieiunij præcepto, & à communibus ecclesiæ legibus
& traditionibus, sed ad hoc vt libenter & amanter ieiunet, atque corporalis ieiunij
laborem, & afflictionem pinguedine devotionis compenset. Vnde Aerius quidam
(vt resert Augustinus libro de hereticis) propter hoc hereticus habitus est, quod af-
fereret statuta solenniter celebranda non esse ieiunia, sed cum quisque voluerit ieiu-
andum, ne videatur esse sub lege.

De sanctis cum Christo regnantibus.

HOC tenemus, quod tenet sana ecclesiæ doctrina, sanctos esse colendos & ho-
norandos, eorum memorias siue basilicas esse frequentandas, propter imitationem C
nem, propter meritorum participationem, propter precium adiutorium: ita
habet ecclesiæ catholicae usus, & praesens & antiquis, ita per manus à patribus acce-
pimus: Sic respondit Fausto Manichæo calunianiente, quod martyrum memorias honoramus, in hos dicens nos idola conuertisse. Populus (inquit) Christianus
memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: Hæc ille. Vnde
perpendis eos qui horum trium tantum primum recipiunt cetera negantes, aut libe-
ra esse volentes, vt credantur vel non credantur, tanquam in illis licet, vniuersique
in suo sensu abundare, ecclesiæ traditionem, patrum religionem, populi pietatem violare.

DE sanctorum reliquijs.

HOC sentimus quod sana ecclesiæ doctrina sentit, in honore & veneratione D
habenda esse sanctorum corpora, tum propter fidem resurrectionis, tum pro-
pter beatarum animarum sanctitatem, quarum ea corpora fuerunt, & post ali-
quod tempus futura sunt, & propter spiritum sanctum qui in illis corporibus habita-
vit, quibus vt instrumentis usus est, & post resurrectionem aeternaliter inhabitabit. Atq;
hunc honorem Deo gratum esse credimus, tanquam impensum ipsi Christo in suis
amicis, fratribus, & membris: credimus & ipsis sanctis nostram devotionem & pietatem
in Dei verbo videntibus placere: & quod hoc nobis utile est & expediens ad fi-
dei confirmationem, & augmetum. Si enim vulgaris amor efficit vt qui alicuius amo-
re flagrat omnia quæ amat: sunt diligat, quanto magis erga Deum charitatis amor
in corde efficit, vt Dei seruos quo dignatus est sibi sacere amicos, fratres, membra,
tempa, amemus, honoremus, reveremur. Vnde merito Vigilantius huic veritati co-
trarius, abiecius est de ecclesia, tanquam hereticus.

De Christi

DE Christi & sanctorum imaginibus.

A N Hoc articulo eandem fidei regulam sequimur, atque id sentimus & tenemus, quod traditū est per sanam ecclēsā doctrinām, quod in honore & reuerentia habendā sīnt, tanquam signa Christi, & sanctorum eius : & quōd honor & contumelia imaginib⁹ illata, ad res quarum sunt imagines referatur. Imagines enim eiusmodi valent ad memoriam excitandam, & sunt literas nescientibus pro libris. Cūn itaque, sacra scriptura caudum esse docet à simulachris, de ijs simulachris loquitur in quibus dēmones, vel alia creatura corporalis aut spiritualis, latrā, sive cultu soli vero Deo debito, coluntur, quemadmodum Pagani idola colebant, representantia aut ali quid quod non est, aut si est, Deus non est, sed creatura, constituentes eis templa, altaria, sacrificia, & sacerdotes. Huiusmodi cultum ecclēsia catholica non exhibet imaginib⁹ sanctorum, nec sanctis ipsis, neque cuicunque creatura, quantumvis excellenti, quando autem latrā cultus exhibet signis Dei incarnati, ut in imagine crucifixi vel crucis, ab vniuersi veri Dei cultu non receditur : quia in imagine vel signo non fitur, sed revertitur ad ipsum Deum verum & hominem, signo, simulacro, vel imagine representatum. Ex quo euadit manifestum, eos nullum habere excusandi colorē, qui hoc tempore prætextū vitādē idolatrie, Christi crucis, & sanctorū simulachra & imagines fūstulerūt: recteq; oīl damnata est hēc hæresis monachorū, & de ecclēsia catholica proiecta. de quo latissimē agitur synodo septima vniuersali Cōstantino & Irene matre eius imperantibus, pontificibus Adriani secundi Romani pontificis.

De purgatorio & suffragijs pro defunctis.

ET in hoc articulo illud tenemus quod in ecclēsia catholica didicimus, quod cūm offertur dominici corporis & sanguinis sacrificium, animabus prodest pro quibus offertur, non quidem omnibus, sed illis tantum quē purgatione indigēt, & in statu gratiæ deceperunt. Nam altaris sacrificium, eleemosina, vel quodlibet aliud opus bonum dum pro defunctis fit, pro valde bonis gratiarum actio est, pro valde malis qualisque viuorum consolatio, pro mediocriter bonis & mediocriter malis, expiatio est : hoc habet scriptura vetus libri Machabæorum, quōd videlicet sancta & salubris si cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Idem testatur scriptura noui testamenti, Matthēi duodecimo, Marci tertio, & Lucē duodecimo. Ex quibus testimonij, sumitur argumētum, quōd quēdām peccata remittuntur in futuro seculo. Et Paulus testatur quosdam saluari per ignem, in quibus lignum, scēnum, & stipula igne consumuntur, manente fundamento, quibus scripturis quia patrum sententia consonat, & ecclēsī vniuersalī vslus in hūc vſq; diē continuatus, consequens est, nulli licetū esse huic veritati quā secundūm pietatem est contradicere. Cui si quis pertinaciter contradixerit, merito hæreticus habebitur. Et Augustinus libro de hæresibus ca. 53. inter dogmata Arrij enumerat & illud, quod orare vel offerre pro mortuis oblationem non oporteat.

D De iustificatione impij

OR Dinaris processus in conuersione impij & infidelis est, vt primū donum sit fides, hēc datur nō petēti, prius enim est credere quā inuocare, dicēte apostolo ad Rom. 10. Quomodo uocabunt eum in quem non crediderunt? Post fidem sequitur timor, primū seruilis, & spes quēdām, quoniam enim fides peccatori certo ostendit potentiam, scientiam, iustitiam, & honestatem sive clementiam, & misericordiam Dei, tria priora timorem efficiunt, posteriora vero spem. item fides certum reddit peccatorem de Christo Deo, Dei & hominis filio, quod mediator sit inter Deum atq; homines constitutus ad reconciliationem. Quod que nulla alia via sit posita salutis q̄ per Christū Iesum. Quarto loco sequitur oratio sive inuocatio Dei patris p̄ Christū, remissionem, salutem, liberationem, & gratiam sancti amoris petens, quo adepto nō tā damnari metuat, quām à Deo separari: quam quidem gratiam vt facilius obtineat plangit, luget, ieunat, vt Deus ip̄i parcat, qui sibi non parcit, addit & ele-

LACOBI LATOMI

mosinam , censes id æquum esse ut proximum quibus rebus valet , adiuuet , qui à A
Deo cupit adiuuari , nouit enim misericordiā promissam misericordibus , I alis vide
tur fuisse progressus in cōuersiōe Cornelii Centu. Act. 10. cuius orōnes & eleemosine
narrantur fuisse Deo accepte , vnde Deo dignus visus est qui per Petrum de fide par
ticulatum spicatumque institueretur qui prius generatim ac confusè crediderat . ali
oqui non fuisse eius eleemosina & orationes accepte : quemadmodum affirmat
Paulus ad Hebreos vnde cito . Quia sine fide impossibile est placere Deo . Si hæc re
cte dicuntur , manestū est q̄ charitas nō immediatè , sed mediate non necessario , sed
contingēter pcedat a fide . Quodq; hę duc virtutes nō inseparabiliter adhærent sed
contingat , & quidem frequenter , eas disiūctas existere , tam quòd ad D̄cūm dantem ,
quam quod ad hominem accipientem attinet . Etenim in patria charitas est sine fide ,
in via autem licet non sit sine h̄de , fides tamen est in peccatore sine charitate . Qui
buīdam enim dat Deus fidem quibus non statim vt charitatem , dat ijs qui ad tempus
credunt , & in tempore tentationis recedunt : & illi seruo cui vnum datur talentum B
quo nō vtitur : quod illi ad peccatum à Domino nō imputaretur , si non in eius situm
elet potestate talento vti , & non vti .

DE SACRAMENTIS

VANTVM ad esentiam , numerum , & efficaciam , hoc tenemus quod in
ecclesia catholica didicimus , eadem sequentes regulam in recipiendis sacra
mentis , quam sequimur in recipiendis canonice scripturis . Nam sicut illæ scripturæ
primo loco habent canonice quas pro talibus habet & accipit , non tantum ma
ior aut frēquētior ecclesiæ catholice pars , sed quas oēs p̄fus pro canonice agnoscunt
ita illa habendæ sunt sacramenta , quæ pro sacramentis habet omnis ecclesia catholica . Et quemadmodum catholicus orthodoxus non veris rationibus adducitur vt de
authoritate scripturæ canonice dubiter vel alicuius partis eius , eo quòd videat quas
dam heres , vel schismata ipsam scripturam in totum , aut ex parte vel nō recipere ,
vel repudiare , ita sentiendum de sacramentis : Quia regula credendi ex ipsa ecclesia C
catholica , & ex his qui in eadem permanent petenda est , non ex his qui foras exierūt
aut proiecti sunt : vt enim ex rationib; in vite permanentibus vñq; vnde vinum exprima
tur colliguntur , non de sacramentis precisi , ita quoque veritas fidei , ac doctrina sacra
mentorum ex catholicis orthodoxis petenda est , non ex hereticis , aut schismatis ,
Cæterū illud habēdū p̄ sacramēto quod p̄ sacramento habet ecclesia catholica , etiā
si hoc nō probet per scripturā expressā : Itenī in talibus traditio æquivalet scripturæ
Non enim omnia ad fidem , religionem , & sacramenta spectantia , expresse habentur
in scripturis , vt constat ex dictis patrum & ex ipsa canonica scriptura . Nam & ipse
Paulus quædam verbo tradidit Timothæ tanquam fidele depositum , qua p̄cept
conveniēdari fidelibus hominibus , qui idonē esent & alios docere . Vnde sicut ve
ritas fidei , verus scripture intellectus , & vera obſcurorum locorum interpretatio ,
ex ecclesia catholica petenda est , ita & veritas vñs , & fructus sacramentorum . D

Neque vero ista dicimus quòd putemus deesse scripturas testificantes de sacra
mentis , sed quòd etiam si deessent , aut si que sunt , & haec expositione vel interpretati
one alicius trahantur , quam ut ad sacramenta pertinere videantur , sufficere tamē
debeat homini pio & fidi traditio ecclesia catholica .

Nam de baptismo omnium sacramentorum iusta ua , quot , & quantæ sunt vtriusq;
testamenti scripture ? quibus tamen non obstantibus in ira cœcitate & obsinata per
tinacia huic sacramento hodie contradicuntur .

De confirmatione , quòd sit secundum sacramentum . Eiusque minister episco
pus , & quomodo datur per impositionem manuum : habetur Actuum quarto .

De eucharistia superfluum est aliquam scripturam allegare , cùm sint ita aper
te & tam multe , vt & ipse Luterus cùm conaretur hoc sacramentum euertere , fatet
tur se scri-

A tur se scripturem non potuisse vincere.

194.

De poenitentia quarto sacramento non solum est traditio per manus accepta, sed sunt etiā figuræ exēpla, & scripture expressæ, tam noui q̄ veteris testamēti, huius sacramenti minister est sacerdos, materia est peccator baptizatus à sanctitate baptis- mi lapis, qui per veram contritionem & puram confessionem peruenit ad abolitionem, in qua absolutione compleetur ipsum sacramentum. In hunc vñsum sunt claves traditæ Petro, & in Petro toti ordinis sacerdotali, cui dicitur Matth. decimo sexto Tibi dabo claves regni colorū, & cetera. Huc etiam referendum est & illud Ioannis viigesimmo. Accipite spiritum sanctum, Quorum remiseritis, & cetera.

B De ordine quo aliquis ordinatur episcopus, sacerdos, aut minister, quinto sacra- mento, est scripture Pauli ad Timothæ, quem hortatur ut resulfit gratiam ipsi da- tam per impositionem manus presbyteri, cui precipit ne cui facilè manum imponat, cùm tradit modum & formam quemadmodum celebrari debeat ordinatio.

De extrema vñctione, sexto sacramento, est locus scripture in canonica Iacobi, Infirmatur aliquis in vobis, & cetera, capite vñltimo.

De matrimonio septimo, & vñltimo ecclesiæ sacramento, est scripture Matthæi decimo nono, quod Deus coniuncti homo non separat: de quo apud Marcū, & apud Lucam, & ad Ephesios Apostolus. Sacramentum hoc magnum est, & in Christo & in ecclesia, ubi Augustinus. Sacramentum hoc paruum est in singulis quibusque coniugatis: sed in Christo & ecclesia magnum.

De efficacia sacramentorum, & quod dignè suscipiens recipit gratiam.

C De virtute vero & efficacia quam sacramenta habent à Christo hoc tenemus, quod in ecclesia didicimus, verbi gratia, de baptismō quod dignè recipienti remittat omne peccatum originale & actuale, mortale, & veniale, & enīm penam, ita ut si baptizatus mox hinc emigret nulla post mortem patiatur purgatoriatormenta

De confirmatione tenemus, quod dignè suscipientibus, baptisimi gratiam aug- at, & eam corroboret perficiatque.

De eucharistia quod dignè recipientes reficiat, nutrit, & spiritualiter crescere faciat, Quodque corporis & sanguinis Domini oblatio vivis & defunctis valeat ad prosequit, aut utilitatem spiritualem.

D De poenitentia, quod valeat ad remissionem peccatorum post baptismum com- missorū, quando per ministros ecclesiæ, quib⁹ claves regni celorum creditæ sunt mini- strat. Quodque sicut est qui potest baptizari nō rectè decideret sine baptismo, ita simili- ter qui post baptismum mortale peccatum commisit, rō rectè nigraret sine poenitentia sacramento: quia utrumque sacramentum necessitatis est, illud quidem in tractibus, istud vero redeuntibus ad ecclesiam.

De sacramento facri ordinis, hoc tenemus, quod gratia ad dignè ministrandum ordinato confertur cum ordinatur, nisi opponat obicem, quodque ordinatio episco- palis aliquid addit præter ordinem sacerdotij.

De extrema vñctione dicimus, dignè suscipientibus valere ad peccatorum re- misiōnem, & præparare animam ad ingressum regni coelestis.

JACOBI LATOMI

De matrimonio dicimus quod in ecclesia didicimus, dignè suscipientibus hoc A sacramentum dari gratiam, quæ sciant coniuges vas suum possidere in sanctificatio- ne, non in pałsione desiderij, sicut gentes quæ ignorant Deum, quodque propter si- gnificationem coniunctionis Christi cum ecclesia, & duarum in Christo naturarum vñionis inseparabilis, matrimonium inter fideles ritè contractum sit inseparabile.

De autoritate & prælatura Romani pontificis super ecclesiam & quilibet membris eius.

QVIA omnium Christianorum sicut dicit Augustin. de opere monachorum capit. 25. vna est res publica, & in vnaquaque republica oportet esse vi. um su- prenum magistratum, hanc autem supremi magistratus potestatem, opor- tet esse penes vnum, vt in regno, aut penes paucos bonos vel potentes, sicut in Ari- stocracia, aut penes multitudinem vt in Democracy: si primum detur, videlicet vt iu- prema potestas regimini sit penes vnum, penes quem (putes) melius erit quam penes B Romanum pontificem Petri successorem, cui Christus claves tradidit, cui nomina- tioni suas oves pascendas comisit, à quo solo successio episcoporum in se de aposto- lica præsidentium vñque in hunc diem continuata perdurat? Addie, quod hoc con- sentaneū sit euangelio, quod præcipua vñvet salia concilia concordent, quod Chris- tiani orbis accedat consensu, non recens sed antiquus, non modo tacitus sed etiam exp̄lis, tanquam hæc sit vox spiritus Christi quo regitur ecclesia, hanc veritatem omnium fidelium cordibus suggestam. Sin vero dicatur regimen ecclesie esse pe- nes episcoporum collegium, sicut regimen Aristocraticum, aut senatus, cuius qui- dem senatus aut collegi authoritas in conuentibus qui ex omni orbe Christiano co- eunt maximè valet, tamen ent necesse vnum vel plures esse magistratus, penes quem vel quis regendi potestas permaneat conuentu soluto, & concilio cessante. Eo quod nec semper nec sepe potest esse congregatum: Si vero rursum dicatur summi magi- stratus potestatem esse apud multitudinem, tanquam apud populum, vt in republica C prophana fieri cōuenit: tamen sic quoque opus erit aut vnum aut plures creari ma- gistratus, penes quos sit summa rerum, quibus omnis Christianus sit subditus & obe- dire tenetur: Deniq; si dicatur ecclesiæ politia esse mixta tanq; ex Monarchia, Aristo- cracie, & Democracy. Nihilominus verum erit quod modo diximus: nam dicere in vnoquoque temporali regno, aut in vnaquaque libera cōunitate esse summam re- rum, tam in temporalibus quam in spiritualibus penes vnum eius cōunitatis supremum moderatorem, nō in temporalibus modo, verum etiam ex æquo in spiritualibus seu in iis quæ ecclesia Christi proprias sunt, quale est episcopos constitutæ, ac coldē de- stituere Id vero nequaquam cōcordat cum sacris literis nequa traditione per manus accepta. Sed nec id ipsum patitur ecclesiæ vñitas, quæ in quantum talis, vñ regnum & vna ciuitas est. Quib⁹ benè perp̄fici appetit fano intellectui quod nō ius e Roma- ni pontificis authoritati contradicatur, negando enim esse supremum, & ordinarium D iudicem omnium & singularem Christianorū in fide, sc̄ramētis, & ijs om̄il us quæ ad ipsa pertinent. Ex his intelligitur primum grauter errare eos qui dicunt ac peruidere conantur non aduersari veritati ciuitatis revelatae, si quis assertat Regem vel Imperatorem sive alium quenlibet magistratum, quo vel regnum vel ciuitas gu- bernatur quia nullum agnoscat in ciuilibus si perirem, habere etiam posse, aut opor- teret, parem potestatem in spiritualibus. Quia vt dictum est, illud refugiat vñitati regni, ciuitatis, & reipublicæ quæ est ecclesia Christi, vt patet ex diuisori e quem ponit Aristoteles tertio politicorum, dicens. Respublica est ordinatio ciuitatis & cir- ca magistratus alios, & maximè circa id quod summa in ciuitate habet authoritatem & sit principalissimum omnium. Nam principalissimum vbiq; gubernat ciuitatem quod autem gubernat, respub. est. Propterea manifestum est eos qui in uitatam illam

terum

A rerum ecclesiasticarum potestatem præter ius usurpant schismatia facere, seorsim ipsas ab ecclesia catholica & orthodoxa abscondere: adeoque segregantes se ab unitate corporis vitam spiritus amittere, tamquam larmamentum à vite præcsum. Sed neque ita hui recuperare possunt, nisi eo renungrent unde discessere, & iterato inferatur in dominum oliuam ut fiant radicis participes. Postremo sequitur quod ecclesia catholica, effientialiter & intrinsecè atque inseparabiliter constituit, in ordinaria potestate & successione sine interruptione continuata, & in finem seculi continuanda prepositoru scilicet & subiectorum secundū statu in quo constituta est à deinceps primis in die Pentecostes, propter efficax & infallibile verbū promissionis ei facta in persona Petri Matthæi 16, & exhibet̄ Iohannis vltimo. Vnde rectè Augustinus ponens duos oves fidei, lib. de Genesi ad literam imperfecto, inter alia dicit in hac verba. Domini et se spiritum in sanctum credentibus in eū constitutā ab eo matrem ecclesiam, quæ carolica dicitur ex eo, quod vel perfecta est, & in nullo claudicat, & per totū orbem diffusa est. Sicut autem fieri non potuit, quin continuaretur successio perpetua, et cunctū lineam carnalis generationis, primo ab ipso Abraham ad David usque, deinde ab ipso David usque ad Christum inclusuē, propter infallibile & efficax verbo promissionis ad illos factę: cōformiter dicēdū est, in spirituali generatione nutrimento augmento, duratione, siue perseverantia in ecclesia catholica usque ad aduentum domini secundū, propter promissionem & donationem atque efficaciam consequentē donū spiritus. Nā loquens discipulis suis instantे passione & morte, Itē post relutte & ionem, & etiam ipso die quo in celum ascendit, tūc velut in summa colligens & re capitulans opus omnne quod super terrā egerat, dixit. Ita oportebat Christum pati & resurgere a mortuis dic terra, & prædicari in nomine eius penitentiā & remissiōnem peccatorum, incipiētibus ab Hierusalem & in omni Iudea & Samaria, & usque ad ultimum terræ. His etenim verbis (si Augustino creditur) apertissimē demonstrata est ecclesia, quæ quidem (vt idem dicit) non in verbis nostris sed in verbis Domini querenda est.

FINIS TERTII LIBRI CONTRA TINDALVM.

Mindful of the rarity of Latomus's book, the Latin text is offered here in facsimile for the convenience of scholars. It appears by kind permission of the Chief Librarian of the University of Leeds, with acknowledgement to the generous and courteous efficiency of the staff at Leeds University Library.

Latomus's book contains marginalia which are easily read. I am unable to identify f188 r 'Philip 2b'.

There are occasional errors in biblical references: f184 r gives Hebrews 2 for Hebrews 11; f185 v C has Luke 22 for Luke 17; the same page at D refers to 2 Timothy 4:8 in a strange way. The Deuteronomy 10 passage mentioned at f187 v A is elusive. f193 v suggests that Latomus may have misremembered the details of Acts 4.

Some printer's errors are fairly obvious:

- f183 r C *alioru* *read* *aliaru*
- f183 r D *consensiamus* *read* *consentiamus*
- f183 v A *aliquam* *read* *aliqua*
- f183 v B *redemptoris* *read* *redemptionis*
- f183 v C *Christianu* *read* *Christu*
- f183 v D *Scil* *read* *Sed, meteri* *read* *mereri*
- f184 r A *deficentes* *read* *deficientes*
- f185 r B *subieret* *read* *subiret*
- f187 v A *meriti* *read* *mereri*
- f191 v D *libere* *read* *libero*
- f192 v A *agitur* *read* *agit*
- f193 r B *monachoru* *read* *Manichaeoru* (?)

Further difficulties will be noted by the attentive reader:

- f185 r (the parenthesis)
- f186 v *initio*
- f187 r A (si before saltem?)
- f188 r A (Quia autem...?)
- f190 v A (numbered 182, 'quia tribulatio...probationem')
- f192 v A (the syntax of Augustine's quotation)
- f193 v A (ut...dat)